Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# De Scientia Falso Sic Nominata ex I. Tim. VI. v. 20. quoad contextum & exempla in V. T. repudiata

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1722]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. 31.Jan.1722
Weidener, Joh. Joach.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0003
DFG

29.

DE

# SCIENTIA

FALSO SIC NOMINATA

*ex* 1. *Tim. VI. v.* 20.

quoad contextum & exempla in V. T. repudiata,

Benignissimi NUMINIS almo auxilio,

& consensu

SUMME REV. THEOLOGICÆ FACULTATIS

PRÆSIDE

*VIRO Magnifico, Summe Reverendo atque Excellentissimo*

## DN. JO. JOACHIM WEIDENERO,

S. S. Theol. D. & Prof. P. O. Facult. Theol. Seniore & Decano Spectabili, ac ad Ædem Div-Mariæ P. venerabili ac vigilantissimo,

*Patrono ac patruo æternum colendo*

*ANNO MDCCXXII. D. XXXI. JAN.*

IN AUDITORIO MAXIMO

& horis consuetis, publice

disputabit

ERIC. JUST. STEMANNUS, *Hamb.*

Philos. & S. S. Theol. Cultor.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINCIP. & *ACAD.* Typograph.

Universitäts-Bibliothek Rostock

1712

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0005

DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

*Nobilissimo, Clare docto & Eximio*
Viro Juveni,
DOMINO
ERICO JUSTO STEMANNO,
*Hamburgensi*,
Philosophiæ & Theologiæ Cultori Strenuo
ac Indefesso,
Agnato & AUDITORI Suo dilectissimo & solertissimo,
Salutem precatur Omnigenam & Studiorum
felicissimum colophonem,
WEIDNERUS. D.

WUDRIANUS *est*, Hamburgensium Ille Petrinus olim Pastor, *quem* PRO-AVUM B. Tuus Parens, & Ego *venerabamur*, Amatissime Dn. Stemanne & CUJUS *pia memoria*, *velut mansit in benedictione*, *ita* nobis *etiam stimulum tribuit*, *consectandi ardore debito*, *istud omne*, *cujus gratia* canus atque Sincerus Ille THEOLOGUS, *DEo se gratum & Ecclesiæ orthodoxæ utilem imo inclutum effecit: Vides ergo*, *quibus vestigiis*

*ſtigiis dimetiendi ſint avidi* **Tui** *conatus, ut ardua orthodoxiæ & divina, nec fallacium vafritie unquam expugnanda dogmata, maſcule tueri adſueſcas & adverſus quascunque* **Superſtitionis & Syncretiſmi** *nænias felicius muniaris: Rem & Tuam, quod laudare teneor, hactenus ad amuſim probatis ſuſtinuiſti, in quo* **Te** *perrecturum confido: ſicut & hodie mihi impenſe ac medullitus gratulor, qui in cathedram Diſputantium* **AGNATUM & ſurculum WUDRIANÆ** *ſtirpis ducere, occaſionem nactus ſum, ita precibus ac qualibuscunque meis officiis Amicitiæ noſtræ jura fideliter adimplebo.* **DEUS** *vero Adjutor noſter, benedicat porro Studiis* **Tuis** *ex alto, ut Hammonæ Tuæ ſub auſpiciis* **IPSIUS** *ſervire ac prodeſſe valeas! Vale! Scribebam negotiis laceſſitus & feſtinanter. VII. Caleud. Februarii Anno MDCCXXII.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0008
DFG

# PROSPECTUS
## CAPITIS I.

§. I.

GEneralia de tempore Scriptionis, contentis in Epistola, & themate præsentis dicti *adfert.*

§. II. *Definitionem* falso nominati Philosophi *ex antiquitate adjicit.*

§ III. *bene nominati descriptionem efformat.*

§. IV. *Intentionem Spiritus S. post ea eruit*, fugam *scil.* eorum, *quæ* adversus veritatem Religionis Christianæ offendunt, *ad quam illustrandam* de fabulis *disseritur & porro.*

§. V. *De* Genealogiis, *quæ finem non habent*,

§. VI. *De* Contentionibus & pugnis legalibus,

§. VII. *De* Pseudo-Apostolorum scriptis, & *peculiariter ex dicto Deut. XIIX. 10. de* Molochi cultoribus,

§. VIII. & IX. *De* divinatoribus & Sortilegis,

§. X. *De* Præstigiatoribus & Astrologis, *quorum objectiones*

§. XI. & XII. *diluuntur.*

§. XIII. *De* Auguribus, *quorum differentia*

§. XIV. *explicatur.*

§. XV. *De* Magis & veneficis, *ubi*

§. XVI. Dn. Reuteri & *illustris* Dn. Thomasii dubitatio excussa.

§. XVII. *De* Incantatoribus.

§. XIIX. *De* Pythone & interrogantibus Pythonem.

§. XIX. *De* Ariolis & Sciolis.

§. XX. *De* Necromanticis.

§. XXI. *De* fusilium fabricatoribus & Astrologis ex Daniele *Prophetæ.*

§. XXII. *De* Mussitantibus & Murmurantibus.

§. XXIII. *De* Mendacibus & stellas speculantibus.

§. XXIV. *De* Extispicibus.

§. XXV. *De* Consultoribus Teraphim.

# SECTIO II.

## CAP. I.

## De falso nominata cognitione, quoad contextum Paulinum & Exempla, in Vet. Testam. repudiata.

### §. I.

COnsentiunt in eo hodie omnes propemodum Exegetæ, Epistolam ad Timotheum scriptam esse illo tempore, quo S. Paulus â vinculis solutus, denuo in Orientem profectus, Cretam vidit & Colossenses invisit, postquam Timotheum Ephesi reliquerat; imo in hoc etiam *Chronologiæ* USSERIANÆ fidem lubenter tribuunt, (Cum alias CAPELLUS, CAVEUS & WITSIUS ante captivitatem primam, DORNKRELLII vero in captivitate prima, scriptionem eam contigisse contendant,) quod exarata fuerit epistola Anno ÆræChristianæ sexagesimo forte quinto. Conferantur de cetero post illos, quos HEIDEGGERUS exhibuit in Enchiridio *Biblico*, *Lib*: *III. Cap. XVII. p. 590. sq.* BUGENHAGEN, SPANGENBERG, HESHUSIUS, HUNNIUS, QUISTORPIUS, SCHOMERUS, LANGIUS, HASSELMANUS, & alii Facile etiam inveniunt, quod exhibeatur in hac Epistola cumulus quidam & συναθροισμὸς variorum præceptorum, quæ Ministro Ecclesiæ observanda sunt, quodque scopus ac argumentum Ejusdem collimet præcipue eo, ut Paulus Timotheum

motheum Ephesi relictum, pro ratione status, in quo Ecclesiam Ephesinam deprehenderat, per epistolam hanc sufficienti communiret auctoritate, instrueretque ejusmodi monitis, quæ ad statum istius Ecclesiæ, in doctrina, disciplina & vita recte emendandum, necessaria erant, vid. 1. Tim. I. 3. s, III. 14. s.

Nec denique in sedibus præcipuis materiarum, locis emphaticis & difficilioribus aliis suborietur cœteris paribus, cuiquam disceptatio, modo id adhuc fideliter observes, quod dictum nostrum sit finale epiphonema, cum ipso voto pie connexum, in quo doctrinæ & Veritatis revelatæ custodiam sincere ac emphatice, Timotheo suo inculcaverit θεόπνευστος Paulus.

§. II. His vero exantlatis, dum demonstratum arbitror, quod Religio non sit, nisi vera sit; sicuti nec Virtus dici potest, quando totum ipsius Vitium esset, sicque fallere simulato habitu, fictaque specie imponere, & incautioribus lapsui esse moliretur, vid. BUCHNER. *Dissert. Academ. pag.* 11. Dum & propter hæc una tantum datur vera & salutaris DEI cognitio, quæ in falsis nominibus, erroribus & antithesibus fallacibus consistere nequit, id adferendum esse reor, quid scilicet quoad veram ac realem definitionem ψευδωνύμε φιλοσόφε observatum sit antiquioribus? & constare quidem arbitror multis, quod per ψευδώνυμον φιλόσοφον intellexerit PLUTARCHUS Gnosticum, Hæreticum Platonica Philosophia seductum, quibus & Cerinthianis Evangelium suum oppositit Johannes Theologus, testante IRENÆO, EUSEBIO, HIERONYMO, EPIPHANIO, aliisque. vid. D. D. ITTIGIUS *in Histor. Eccles. Sec. I. p.* 286. & D. D. NEUMANNUS: *in Theol. Aphorist. L. de Christo p.* 334. Quamvis & demonstratu fortean facile foret, quod tempore Apostolorum nomen *Gnosticorum* nondum in-

notuerit, illudque per *Irenæum*, demum sit adhibitum, falsò nominatam tamen scientiam, scientiam Simonis Magi, & eorum, quos porro ex hac schola Sathanas produxit, & quorum assectis postmodum nomen Gnosticorum tributum, ad Apostolorum tempora ascendere, in propatulo simul est. Hujus ergò furfuris Viri, cum SIMONE MAGO Codicem V. T. rejecerunt, Prophetas a diversis intelligentiis informatos & actos, contradictionibus propterea scatere nugati sunt, sibimet ipsis divinum honorem & divinas operationes tribuere non sunt verecundati, Angelos nequitiæ incusarunt, licentiam & libidinem quamvis palparunt, corporum resurrectionem inficiati & Christianos cum Paganis conciliare frustra annisi sunt. Hi cum NICOLAITIS, quos pejores primo suo Doctore cognovit antiquitas, DEUM ipsum voluptatibus ac libidini indulgentem, blasphemè exhibuerunt, Christi Deitatem negarunt, legis obligationem & bonorum Operum studium exterminaverunt. Hi cum HYMENÆO, PHILETO & ALEXANDRO sacra generatim tractaverunt mala conscientia, fundamenta fidei evertere conati sunt, cum Sadducæis resurrectionem mortuorum impugnarunt. Hi cum EBIONITIS fidem Christianam cum perfidia Judæorum commiscere sategerunt, omnes & Novi Testamenti Libros præter Evangelium Matthæi, & hoc quidem hebraice scriptum, nauseaverunt, unam saltem in Deitate Personam statuentes, ὁμοουσίαν Filii & personalitetem Spiritus Sancti exsibilaverunt & Spiritum Sanctum pro fœmina quadam venditaverunt, Christum vero nudum hominem, donis demum inter Prophetas majorem, arbitrati sunt, legem, tam Moralem quam Forensem & Ceremonialem in utroque Testamento obtinere garriverunt, discipulos suos singulos singulis diebus rebaptizarunt, & Sacram Cænam promiscue in azymo & fermentato administra-

miniſtraverunt. Hi *cum* CERINTHO Legem Moſis malam eſſe opinati ſunt, Novi Teſtamenti ſcripta ψεύσματα cum Judæis rejecerunt, in ſpecie Pauli & Petri, quos ut profanos homines traduxerunt, Trinitatem extreme oppugantes ad Manichæorum duo principia ſe retulerunt, Chriſti Naturas in duas Perſonas transfuderunt, Nativitatem ejus ex cohabitatione Joſephi cum Maria derivarunt, Spiritus Sancti perſonalitatem repudiarunt, & mundum à Virtute quadam, valde à DEO diſtante, procreatum eſſe nugati ſunt. Hi cum NAZARÆIS, ſcriptis θεοπνεύστοις inutiles ac ſpurios multos addiderunt, enthuſiasmos ſcriptis divinis æquipararunt, brutorum ac hominum animas quoad ſubſtantiam, easdem & æquales eſſe, finxerunt, & circumciſionem cum Baptiſmo retinendam eſſe vane perſvaſi erant. Hi demum cum MENANDRO præſtigias & incantationes exercuerunt, immortalitatem ſpoponderunt his, qui Menandrino Baptiſmate tincti forent, μετεμψύχωσιν defenderunt & reſurrectionem eliminare aggreſſi ſunt. Imo quicquid poſtea adhuc, ac Seculo II. ad ſcholas BASILIDIS, SATURNINI, VALENTINI, PTOLEMÆI, SECUNDI, EPIPHANIS aliorumque gerronum ex orco tranſire fecit Cacodæmon, iſtud in lærna malorum, Gnoſticis puta, execrando confluxit fato, conf. poſt CAVEUM, GESSELIUM, STOCKMANNUM & alios BUDDEUS. Quidquid ergo harum blaſphemiarum, tempore Pauli jamdum innotuerat, id ad ψευδώνυμον γνῶσιν abs eodem relatum, eſſe firmiter perſvaſi ſumus, & hoc quidem nomine inſignitum eſſe remur, quia ipſi ſanæ rationi, juri naturæ & ſanctæ revelationi fuerit oppoſitum, & adverſus illa ſingula injurium, fallax, fraudulentum & irreconciliabile.

§. III. Exinde autem oppoſitionis jure εὐώνυμος, ſeu ἀληθώνυμος Philoſophum vocare nunc opus eſt eum,

qui veræ, ſanæ ac ſobriæ Philoſophiæ inhæret, eamque ad uſus Theologiæ qualescunque rite curateque accommodare didicit, quippe per ἐνάνυμον γνῶσιν & vera cognoſcit, & vera loquitur, & gaudet ſcientia eſſentiæ, ipſi veritati debite; quemadmodum ex oppoſito ψευδάνυμος Philoſophus falſa cognoſcit, falſa loquitur, & deſtituitur intellectu rite diſpoſito, voluntate & appetitu bene compoſitis ordinatisque pariter & conformatis. Verum namque vero ceteris paribus non contradicit, vere & puta de jure, licet apparenter & de facto propter præjudicia, præconceptas opiniones eroresque copioſos & nimium φιλαυτίας ſtudium ſæpe contradicat & contrarietur. Quicquid enim verum eſt in Theologia, id quoque verum Philoſopho evadere poteſt, ſimulac rationem ſub obedientiam fidei captivare divinis auſpiciis conſuevit, conf. GRAUERI Libellus *de Unica Veritate* & D. D. Chriſtoph Matthæi PFAFFII, *Diſſert. Apol. de Contradictoriis, num proprie loquendo credi poſſit* Philoſophia ſiquidem etiamſi neget, naturaliter verum eſſe, quod Theologia ſupernaturaliter verum, propter revelationem credit. v. g. â privatione ad habitum dari regreſſum, virginem puram & incontactam a Viro concipere, & ſic porro; illa tamen ad vires naturæ ſibi relictas, hæc vero ad ſupernaturalem DEi omnipotentiam omnia refert, & hac revelatione accedanea, tam rationis, quam fidei norma, cauſa & conditio ſic explicatur, ut utrique obligatio oriatur ad aſſumenda ea, quæ DEus conſtituit, Tales probati Philoſophi non ſunt avertendi, ſed advertendi, non fugiendi, ſed audiendi, non vituperandi ſed laudandi, propter ἀληθείας, quæ in ipſis ſunt & naturalem & revelatam ἐπίγνωσιν, quacum κατασκευαστικῶς καὶ ἀνασκευαστικῶς DEo lucrantur, quicquid lucrari poſſunt.

§. IV. Indagaturis itaque propius genuinum atque

que verum dicti Apostolici sensum, conferendo antecedentia & totum contextum, tam quoad doctrinalia, quam moralia & præcipue quoad vitia circa regulas fidei ac morum, manifestum erit, eò Spiritum S. intendisse digitum, ut Timotheus fugeret, quicquid religioni ac veritatibus Christianis adversum, cujus & expressius documentum dispalescet, dummodo in specie observaverimus, Paulum Θεόπνευστον hunc etiam in finem adjunxisse dehortationem, qua Timotheum *à fabulis & infinitis Genealogiis earumque quæstionibus*, abducere solerter annisus fuit, post ea siquidem, quæ jam recensuimus, obtinuerunt tunc temporis *fabulæ*, adversus quas diversis in locis S. Paulus indignatur. Vid. 1. Timoth. I. v. 4. IV. 7. 2. Timoth. IV. v. 4. Tit. I. 14 adde 2. Petr. I. 16. quoniam nulla DEO accepta ædificatio ad fidem salutarem ex iis speranda esset; citra dubium eædem Judæorum erant, quarum forte multas postea Talmudi inseruerunt, de quo recte ac juste EISENMENGERUS perhibuit: Es werden in denselben viel gräuliche GOttes-Lästerungen / abgeschmackte Mährlein und grobe handgreifliche Lügen / lächerliche und unvernünfftige Anziehungen und Auslegungen der heiligen Schrifft und viel Sachen / welche GOttes Wort schnurstracks zu wider lauffen / gefunden. Vid. das entdeckte Judenthum *Part. I. Cap. VIII. p.* 293. in quo quidem libro documenta nugarum Judaicarum abunde prostant, cons. etiam Dn. D. GRAPIUS, *in Spicilegio Historico-Philologico, Historiam Literariam Talmudis Babylonici sistente §. VII. p. 14. f. & omnium instar Dn. Jac. Frid.* REIMMANNUS. in den Versuch einer Einleitung in die *Historie* der *Theologie* insgemein / und der Jüdischen *Theologie* insbesondere.

§. V. In censum & hunc referuntur *Genealogiæ, quæ finem non habent.* 1. Timoth. I. 4. & C. III. 9 illæ siquidem, quoniam verpæ & Judæi istorum temporum, in scrutinio

tinio generis sui limites agnoscere nullos volebant, indeque facile in Tetrat-avum quendam aut Tetrat-aviam quandam incidere poterant, & quidem generosioris stemmatis, quales num fuissent, vix constabat, quia, dum promiscue ad Abrahamum usque, ceu Patrem gloriosissimum Prosapiæ Judaicæ extendebantur, Joh. VIII. 33. 37. 39. infinitos insimul errores contra fidem in DEUM Immensum, Christumque carnis & sangvinis nostri participem, gignere poterant: Brevi complexu CLERICUS ad 1. Tim. I. 4. hæc ventosa crepitacula memorat, scribens: *Les Platoniciens, & les Juifs avoient accoûtumé de disposer, en forme de genealogie, des noms d' idees abstraites, entre lesquelles ils croyoient qu' il y eût du rapport; & feignoient des mariages entre elles, d' où ils en faisoient naître d' autres. Hesiode est le premier, que l' on sache, qui se soit servi de ce jeu d' esprit, comme il paroit par le commencement de sa Theogonie, Les Philosophes l' imiterent ensuite, & les Juifs crurent pouvoir faire de même, en quoi ils furent suivis par les Valentiniens. Comme il n'y avoit point de fin à ces sortes de fictions, chacun y pouvant ajoûter ce qu' il vouloit, S. Paul les nomme des genealogies sans fin. Voyez S. Irenée Liv. I. & S. Epiphane Heres. XXXI.* & literatissimus Dn. REIMMANNUS, in egregio opusculo, sub rubro: *Historia Literaria de Fatis Studii Genealogici apud Hebræos Græcos, Romanos & Germanos* p. 22. s. hanc dedit hujus vanitatis descriptionem: *Et quamvis defecerint deinceps, qui ἀνὴρ πνύμαλος ἀγὶς φερόμενος moverunt calamum; nunquam tamen Judæa iis, qui Genealogias confecerunt, caruit. Memorat enim Eusebius ad Herodis usque tempora prosapias, non Ebræorum tantum, sed & Proselytorum, quin & eorum, qui cum Israëlitis ex Ægypto elapsi sorte fuerant, Hierosolymis MSCtas in templo fuisse conservatas. Sed conservatas fato parum felici & optabili. Herodes enim dictus antea, Antipatris Ascalonita filius, cum se stirpe neq*

*nec illustri satis, nec verè Judaica oriundum reputaret, pleraque hæc Judæorum monumenta Genealogica flammis tradi jussit, ne scilicet natalium obscuritas exprobrari sibi posset, vel, quod Godwino magis placet, ne inposterum distinctio familiarum tribuumque appareret; sed velut confusum chaos genealogiarum domum Davidis, cui jure competebat, raptum ab ipso sceptrum obnubilaret, adeoque ipse cum posteris tanto tutius regium fastigium occuparet.* pergit Autor laudatissimus *p.* 28. Non enim *Apostolus loco dicto nimirum* 1. *Timoth. l.* 4. *Genealogiæ Studium ut perviciosum undecunque & noxium à Christianis vitari cupit penitus, quod Tatiani vel Encratitæ voluisse videntur, qui Genealogias omnes è N. T. sustulerunt. Vid. Hist. Goth. l.* 2. *C.* 3. *Sect.* 3. *p.* 227. *sed sobrie tantum & temperate vult tractari, partim ob neglectum Studium Theologiæ, partim ob contemtum reliquarum gentium, in quo multi erant curiosi Genealogiæ speculatores: Addit, excisâ urbe dispersisque vepris extinctum esse Studium istud Genealogicum, inque Græciam esse devolutum, cujus incolæ non solum mira cum felicitate sed & cum superstitione fere & reprehendenda industria illud excoluissent, & Heroum & Deorum natalibus scrupulosa pietate indagatit.* Conferatur *D. Joach. Langii Commentatio Historico-Hermenevtica, de Vita & Epistolis Apostoli Pauli p.* 265. *& D. D. Rechenbergii Disputatio, de Studii Genealogici præstantia.* Steterunt fortasse tam qui Paulum, quam qui Timotheum audiêre Judæi, abs eorum partibus, qui mente secum volutabant: Fieri non posse, ut ipsi salute excciderent, quandoquidem à tot Generosis Heroicisque Parentibus Majoribusque in lucem fuissent editi, qui pro salute Patriæ Reique publicæ suam minimi duxissent vitam: Rationi congruum non esse, ut homines rei piscatoriæ & cuivis vulgari industriam tribuentes, aliud, præter illud Ethicum Summum Bonum profiterentur, dum Gratiam DEI & pacem cum DEO per Christum ipsis prædicarent: Imo furere suis con-

 vitiis

vitiis potuerunt, homines hos esse περιεχόντες εἰς μανίαν διὰ τῶν πλῶν χαμμάτων, quia in mortuo Redemtore, è Judæis sub jugum missis, sceptroque spoliatis, antea prognato, & abs iisdem crucifixo, Vitam, Resurrectionem ex mortuis, omnemque salutem spiritualem ac æternam collocare auderent.

§. VI. Adjiciuntur denique *contentiones & pugnæ legales.* Tit. III. 9. enervandæ, quia nullius usus sint, & ad multam vaniloquentiam recidant. Quemadmodum namque quæstiones Genealogicæ æque ac legales usum suum habere potuerunt inter Christianos, ansamque illis præbere ad grates DEO agendas, pro impletione legis, per JEsum Christum facta, pro liberatione abs incredulitate ac superstitione, & translatione in fidem salutiferam, pro conservatione Majorum suorum in Eâ, ad vitam æternam ducente cognitione, â qua Ipsi nec hodie excluſi sint, sed omnem salutem inde quam firmissime exspectarent; ita abusus effecit, ut vitio versæ & prohibitione dignæ sint declaratæ, eo quod fidem in Messiam postponerent pariter atque charitatem. *Telles sont (scribit* CLERICUS *ad 2. Timoth. II. 23.) les questions, que l'on propose sur des choses que Dieu n'a point revelées & qui sont quelque fois impenetrables à l'esprit humain. De là sont nees des contestations, qui ne peuvent finir.* & Eisenmengerus. *in Tractatu supra exhibito, cum* REIMMANNO: in der Einleitung. harum absurditatum telam pertexuerunt: De singulis hisce γνώσεσι asserendum arbitror, quod fuerint Apostolo nostro falsò nominatæ, eo quod offenderent adversus rationem sanam, jus naturæ & revelationem, de quâ ante disseruimus in §. præc. & propterea quidem ad Titum scribit: Μάχας νομικὰς περίϊσσε, ad quæ Dn. RITTMEIERUS *in Philologematum, sacrorum apospasmate ex Epistolis Paulinis, p. 28. s.* egregie & hoc quidem ordine, commentatur:

*Utitur*

*Utitur hoc ipso verbo Apostolus ad Timoth. 2. ep. Cap. II. 16. Profanos illos de rebus inanibus clamores περίεργον. Quod Salmasius, Casaubonus aliique doctissimi philologi,* (ut veteres Interpretes nunc taceamus) *reddi volunt juxta Vulg. devita, fuge, fugiendo declina. Etsi vero significatus iste Græcis scriptoribus sit satis frequens, ceu ostendit Casaub. ad Athen. l. XV. C. 5. tamen hoc loco potius in cohibendi sive coercendi significatione sumendum esse, cum Flacio, Beza & Stephano arbitramur. Scilicet admonet Apostolus & Titum & Timotheum, ut stultas quæstiones, litigia legalia, fabulas & vaniloquia, pro muneris ratione compescant, cohibeant, toërceant, impediant, apud alios potius, quam ut ipsos talia devitare, vel ab iis sibi cavere præceptu opus fuerit.*

§. VII. Ad interiora næniarum penetraret, cui volupe esset, percurrere ac scrutari Apocrypha & monstrosa Novi Testamenti scripta, à Pleudo-Apostolis & Hæreticis Viris frivole compilata; sed cum iisdem obicem exacto suo judicio fixerit Summe-Reverendus ac Celeberrimus Hamburgensium Theologus Dn. D. FABRICIUS. in *Codice Apocrypho Novi Testamenti collecto & castigato, testimoniisque censuris & animadversionibus illustrato*, hinc curatiorem istiusmodi novi- & falsitatum indagatorem eo remittimus, memorantes insimul D MAJI Examen *Historiæ Criticæ N. T. Cap. speciatim XV. p.* 182. *f.* A Scopo interea nostro non aberraretur, si adhuc paucis demonstraremus, respexisse Sanctum Spiritum per os & calamum Apostoli, suo etiam modo, ad interdictum Sanctissimi DEI, quod extat Deuteron. Cap. XIIX. v. 10. 11. & quod D. D. Seb: SCHMIDIUS è fonte ita transtulit: *Non invenietur in te, qui traducat filium suum, aut filiam suam per ignem, præstigiator per præstigias, divinator & hariolans & veneficus; & incantator incantationis, & interrogans Pythonem, & augurans & quærens mortuos.* Prohibentur namque ibi à Molochismo Israelitæ, quo perditi Diabolorũ cultores, suos miseros liberos,

 in ignita

ignita Molochi, ex ferro & ære conflati idoli, brachia vel furnos solenniori idololatria offerebant, ut ibidem inter sonitus tympani, tubæ, multorumque instrumentorum, ne ejulatus atque fletus infantum ad aures pertingere possent, sacrificarentur. Absolverunt hujus Idoli infernalia sacra KIRCHERUS, SELDENUS, VOSSIUS, LUNDIUS, HOTTINGERUS, WITSIUS, BAIERUS, GODWINUS, BRAUNIUS, & quot non alii; nec opus arbitror ut versionem & paraphrasin ZIEROLDI in באר חישב oder der deutlichen Erklärung der Heil. Schrifft/ in der XII. Vorstellung *p.* 1042. *f.* plenius hic examinem, velut enim Textum Amosi *Cap. V.* 26. jam Anno 1705. vindicavit DN. D. GEBHARDI. Vid. Ejus *Vindiciæ quorundam Locorum Hebræi Textus, oppositæ Pezronio p.* 73. *f.* conferatur & D. MAJI Dissertatio Historico-Philologica *de Kijun & Rempham vocibus vexatissimis Amosi V. & Act. VII.*, quæ legitur *selectiorum Exercitationum Tom. I. p.* 763. *f.* ita vel inde desumi poterit, quod observandum, addatur *Herm.* WITSIUS *Miscell. Tom. I. Lib. II. Dissert. V.* 608. *f.* Neque adversus SPENCERUM, in hâc de Molocho causa, ubi ad Osirin Ægytiorum Regem respexit, armabor: Vid. ejusdem eruditus, sed & suspectissimus Liber: *De Legibus Hebræorum Ritualibus. Lib. III. C. III. Sect. I. Dissert. I. p.* 806. aut ad alia quæcunque adversus DALENIUM pluresque excurram, sed satis jam datum arbitror, modo hoc etiam adjecero, quod non omne sacrificium Molochi flammis feralibus fuerit absumptum, sed modus quoque lustrationis consueverit coram hoc idolo, ubi tantum pueri, vel hominum alii, per ignem ab utraque parte positum & fœtidum odorem iverint, aut traducti fuerint. Non equidem me fugit, Celeberrimum HOTTINGERUM *in Primitiis Heidelbergensibus.* Dissert. *de Idolographia V. T.* putavisse, quod omnes pueri combusti & mactati fuerint, quia (1) id

requira

requirat emphasis Vocabuli ויזבחו & sacrificaverunt, quæ in hoc supplicio Ps. CVI. 37. s. adhibeatur, (2) quia id ritus hujus necessitas exegit, quæ fuerit traditio in sacrificium. (3) quia gravissimi scriptores *Josephus*, *Philo*, *Eusebius*, *Porphyrius* & alii consentiant. (4) quia id venerit ex καινοπρεπείας ἰδιοδυσίας Abrahamiticæ, (5) quia hoc exigat ipsa structura furni Molochici (6) quia Matth. 5. 22. adferantur obnoxii Gehennæ ignis. Sed sententiam contrariam adstruere adigor, & facio illud ipsum verbis *Sim. Henr.* REUTERS in dem mächtigen doch ümschrenckten Reiche des Teuffels. Part. I. Cap. V. §. 20. p. 52. Moloch, scribit ibidem ille, war ein grosser Abgott der Amoniter. 1 Reg. II 5. conf. cum. v. 7. welchem die Heyden und aberglaubigen Juden ihre Sohne aufopfferten und verbrandten. Lev. 20. 2. sqq. 2 Reg. 23. 10. Siehe Aben Esram über Lev. 18. 21. Doch wurden sie nicht alle verbrandt / wie aus dem exempel des gottlosen Königs Achas zu sehen. Denn er ließ auch seinen Sohn durch Feuer gehen 2. Reg. 16. v. 3. welcher hernach ihm im Königreich succediret / v. 20. und darüm erklähren die meisten Juden es nur von einer Reinigung / welche geschehe / wann der Sohn oder Tochter durchs Feuer geführet worden / siehe Maimon. de Idol. Cap. 6. Sect. 5. und Moreh Nevochim part. 3. C. 37. Jarchi schreibt über Lev. 18. 21. und Deut. 18. 10. wie auch R. Levi Ben Gerson über 2. Reg 23. 10. 11. daß sie 2. Holtz Hauffen angezündet / und zwischen den beyden ihre Kinder hindurch geführet hätten. Conf. BRAUNIUS *Select: Sacror. Lib. IV. Cap. VIII. p.* 463. *f.* & REIZIUS ad Goodwinum *Lib. IV. Cap. II. §. X. n. 5. p.* 350. *f.*

§. VIII. Numeratur porro inter idololatras detestandos קסמים קסם divinans divinationes, facileque constat Es. III. 2. per Vocabulum קסם nil significari Deo adversi, inter pœnas enim Summi refertur Numinis, quod propter peccata populi *removeat fortem & Virum belli, judi-*

*cem & Prophetam* ET DIVINATOREM *& senem*: atque sic nomine hoc mactantur Viri, qui sapientia humana ac divina instructi, ex conditionum ac circumstantiarum prudenti consideratione cognoscunt, deprehendunt, ac præcipiunt, quid prosit aut obsit? quid factum aut faciendum? quid prospere sit successurum aut periturum? qui fide crescant auditores, quorumque charitas augeatur? &c. Vid: post BRENTIUM, SCHMIDIUM, VARENIUM & SCHMUCKIUM, Lexica Hebræa passim, ubi etiam ceu locus parallelus adducitur is, qui legitur Mich: III. 6. *Propterea nox erit vobis pro Visione & tenebræ orientur vobis pro divinatione: Occidetque sol super Prophetis & nigrescet super iis dies*, ita pudefient .. DEus, cons. Prov. XVI. v. 10. & addatur Geierus ibidem; Sed ad hæc tamen omnia attendere noluit Novaturians Dn. KORTüMIUS, nam ad Es. III. 4. Vocabulum קסם etiam in malam accepit partem, addens in paraphrasi:

Eure Richter und alle / die euch einen Muht gemacht / durch ihre Rede / werden mit hauffen dahin fallen / und durchs Schwerdt / Feüer und Kranckheit aufgerieben werden / sammt den Wahrsagern und Zeichendeutern / die ihr wegen des glücklichen Ausganges vorhin befraget. Quicquid vero horum sit, alibi in malam accipi partem, derivata simul ac radicem, contextus & ipsa inspectio docet, ut videmus Num. XXII. 7. XXIII. 23. 1 Sam. VI. 2. XV. 13. XXIIX. 8. Ezech. XII. 24. XIII. 7, XXI. 26. 28 34. Sic vero, ut brevitati studeamus, reperiebantur inter gentes & idololatras superstitiosæ futurorum divinationes & sortilegia, ad quæ heic loci & in oppositione ad reliquas vetitas, quin Diabolicas artes respici, certo persvademur. Ita quidem DALENIUS exhibuit sortes Lycias, Præneſtinas, Antiatinas, Patavinas, Herculæas, Dodonæas, Dindymenas & Cæritanas,

nas, memorat quoque ibidem, quod in ſpelunca Herculis ad Buram Achaicam oraculi ſortes acceperint idololatræ, ex tabula per talos, notis puta verborum & figurarum hieroglyphicarum aliarumque depictos, & de prænestinis ex Cicerone demonſtrat, quod ex arcâ quadam fuerint, de Gerionis vero oraculo, quod ex urna motæ ſint ac extractæ, aut aliis etiam in profanis locis ejectæ, imo multoties è gremio aut pulvinari Deorum in ſolum vel in menſam ſubjacentem ſimulachro exciderint, quin denique in folia, membranas aut chartulas aliasve laminas degeneraverint, quibus verba vel ſententiæ ac verſus fuerint impreſſi, quod idem ex divinationibus Arabum illuſtrat, qui per ſortilegia telorum futura ſcrutati ſunt: Adjicit poſtmodum plura de ſortibus Homericis, Euripideis, Sibyllinis, Muſæanis, Orphejanis, & Ceretanis, ubi & ex Ammiano ſortium fabricam & modum conſulendi exhibuit, nec tandem ſortium Biblicarum immemor eſſe voluit; quin & illarum de ligno & pane meminit, aliaque ſat curioſa non dimiſit ac pœnas ſimul his ſuperſtitioſis ac malitioſis decretas ſubjecit, modo quod præter fraudes ac dolos hominum nil in iisdem invenire voluerit. Vid: Ipſius Diſſertationes: *De Origine & progreſſu Idololatiæ num. III. Cap. VI. p. 445. ſ.*

§. IX. Ex quibus omnibus ac ſingulis id declaratum nihilominus arbitror, quod illorſum etiam referri potuerint anthropomantia, tripudia, ſoliſtima, hydromantiæ per aquam, œnomantiæ per vinum, κοσκινομαντίας per cribrum, cenonomantia per pelvim, gaſtromantia per violas ventricoſas aqua plenas, dactylomantia per annulos, catoptromantia per ſpecula, clidomantia per clavem, criſtallomantia per repræſentationem in hoc lapide, pyromantia per inſpectionem ignis, capnomantia per inſpectionem fumi, æromantia per inſpectionem nubium, libanomantia

tia

tia per inſpectionem thuris, ſpodonomantia ex cineribus ſacrificiorum, ceromantia ex cera liquata, phyllomantia per inſpectionem foliorum arboris, daphomantia ex lauri aduſtione, geomantia ex certarum figurarum in ſolo diſpunctarum inſpectione: gnomatomantia per ſententiarum judicioſam permixtionem, ὀφθαλμομαντία, per oculorum obtutum, chiromantia, per manus lineasque in iis reperiundas, ſtomatomantia per oris diſpoſitionem, cephalomantia per capitis ſitum, ſchematomantia, per geſtuum compoſitionem, phonemantia per vocis ſonum. Eâdem pervicacia ſumebantur etiam præſagia ſucceſſuum belli, matrimonii &c. ex occurſu æthiopis, ex pedum in limine offenſione, oſtii ſtrepitu, aurium tinnitu, ſternutatione & multis aliis; quorſum & ſpectat phyſiognomia, quæ ex membrorum configuratione de ingenio hominis judicat, & cujus ſpecies ſunt: μετωποσκοπία divinatrix ex fronte, chiromantia, quod diximus & Pedomantia ex manuum & pedum muſculis, lineis ac punctis, melomantia ex membris &c, Vid. poſt PEUZERUM, BOISARDUM, RAGUSÆUM, SPENCERUM. & multos, quos MORHOFIUS recenſuit, *Polyhiſt. Tom. II. Libr. III. Capite I. toto.* Dn. Petrus GOLDSCHMIDT. in dem verworffenen Zauber und Hexen *Advocaten C. IV. §. 13. ſ. p. 195. ſ.* REUTERUS. *Lib. cit. Part. IV. C. I. toto p. 693. ſ.* DURRIUS *in Annotat poſthumis in Theol. Mor. p. 20. ſ.* & qui omnium ordinatiſſime divinationum genera diſpeſcuit, BALDUINUS. *Caſ. Conſc. Libr. III. Cap. VI.* Diſces ex his, quid Comiti de Fliſco, Dalenio, Beccero & his, qui ſputa eorundem lambunt, ſit ſolide reſpondendum?

§. X. Ad latus ponitur Divinatori מעונן hôc Vocabulo, qui iſtud derivarunt ab עין oculus, intellexerunt præſtigiatorem, qui offuſâ caligine teneat & ludat oculos ſpecta-

Spectatorum, ut videatur ipsis miranda agere, quin miracula & resnaturæ cursum superantes, cum tamen nihil agat præter lusus, vid. CHRISTIANI STOCKII Clavis, Linguæ S. aditum aperiens p 874. quam explicationem DALENIUS lubenter ex *Maimonide* & *Hottingero* b c. *p.* 417. *f.* confirmatam vellet, sed si hunc in finem conferimus locaGenes. IX. 4. Lev. XIX. 26. 2. Reg. XXI. 6. Es. II. 6. L VII. 3. Jerem. XXXVII. 9. inque iisdem severam Dei prohibitionem & diabolicorum istiusmodi lusuum & hominum, quin qui eosdem aut exercent aut colunt, punitionem deprehendimus, majora sceleta & detestanda magis facinora sunt statuenda, ad quæ & qualia libenter vellemus, si cum COCCEJO in *Lexico suo p.* 608. scribi posset: *Bonum factum*; *quod artes illa sepulta sint & ignorentur*; Alii qui ad עונה, quod dicitur statutum & decretum tempus, respiciunt, cum VOSSIO *ad Maimonidem, de Idololatria p.* 152. vertunt *temporarium*, qui jubet observare hoc vel illud tempus, non Romano, sed Ægyptio more ac ritu, & prædicit ex astris, hunc vel illum diem faustum esse vel infaustum. Videatur SPENCERUS, *Lib. II. Cap. XI. p.* 500. cont. sparsim ALEXANDRI AB ALEXANDRO. *Genialium dierum libri sex*, peculiariter etiam Comes de FLISCo. *in Decade de fato p.* 158. *f.* Joh. d' ESPAGNE, *Exempel* derer Thaten/die in verschiedenen Jahren den Königreichen / Regenten / Völckern und der Kirchen fatal gewesen. & BECMANNUS. *Lin. Doctr. Moral. Cap. VIII. §. IV. p.* 189.; Reliquis creditur simpliciſſima derivandi ratio abs עָנָן nubes, ut denotet Planetarium & Astrologum. vid. Opitius, in Novo Lexico Hebræo-Chaldæo-Biblico & plures, velut id hodie proh! adhuc contingit, dum ex statu Planetarum in Themate, auguria moliuntur multi super hominem natum: an futurus sit eidem beneficus vel lætus apparatus, ut sit ad altiora sublevandus;

vel lugubris, ut sit occidendus, capite mulctandus, carceribus intrudendus, suspendendus, submergendus? &c. Vid. Comes DE FLISCO *p.* 40. sic enim & vetustiores errones lusibus his originem dederunt, fatalia signa dimetiri, in Numeris dispescere, ad annos & dies & actionum modos dirigere, quin ad Reges & Regna ligare non erubuerunt, eo ipso ordine ferme ac modo, quo Comes iste suam tractationem absolvit, quid? quod fata religionum ab astris pendere credant. Sed cum hæc suspectissima doctrina sibi nullatenus constet, antiquo & recentiori ævo diu fuerit exosa, ortum trahat ex Gentilium Idololatria, Assyriorum, Chaldæorum, Babyloniorum, Judæorum, Græcorumque deliramentis, metum Numinis ejusque cultum & placita interturbet, peccati ortum & arbitrii humani modum contorqueat ac conspurcet, nihilque solidi per omnem decursum suum adferat, hinc Christiano homine ac nomine indigna merito habebitur, & ceu prohibita tunc jamdum temporis judicabitur. Vid. ex recentioribus & multorum instar M. SIGISM, SCHMIDERUS in Dissertatione. *de Astrologia Judiciariæ, Christiano Philosopho indigna, Anno* 1709. *Lipsiæ habita.*

§. XI. Videbis ibidem etiam *Cap. IV. p.* 62. *& s.* quid responderi debeat ad Biblica dicta, in quibus latibula qværunt Astrologiæ judiciariæ pertinaces defensores, & quidem ad Genes. I. 14. p. 63. s. ad Judicum V. 20. p. 65. s. quibus dum adjecerit adhuc alia DN. JO. LUDOVICUS HANNEMANNUS, in der Vertheidigung der Astrologie, eadem adhuc nobis excutienda sunt: exhibuit ergo *Cap. V. p.* 20. locum JOB. XXXVII. 7. & opinatur, eundem Chiromantiam expressius docere & in signatura rerum magnam vim latere, eoque ipso talem siderum influxum statuendum esse, qui ad usque hos linearum & conformationum modos extendatur.

Sed

Sed qui contextui sacro vim non inferre audet, is oppido cognoscet, quod Elihu θεόπνευς demonstret potentiam DEI per fulgura, tonitrua aliaque ex nubibus terram versus tendentia, inque hoc mundo Majestatem DEI revelantia, ut vero eandem illam potentiam & Majestatem singulos hominum actu ipso & vivide satis persentiscere, plenius evinceret, in versu nostro decidit, per ministerium, opus & praxin ipsam, vocabulum namque ר hujus etiam est significationis, inter eosdem veluti sigillo quodam confirmavisse Deum tremendum hanc suam Majestatem; cum enim insonuerit tonitru ac immineat imber repentinus, usque adeo exterrentur homines, ut omnes ad latibula sua fugiant, suam ipsius infirmitatem declarando & Creatoris potentiam ac Majestatem in fuga istiusmodi celerrima contestando. vid. BRENTIUS *ad locum Jobi citatum* & Præcellentissimus Dn. M. FRANCISCUS WOKENIUS, in *Meditationibus privatis num. II. p.* 10. Unde non possum non exscribere judiciosa hujus Exegetæ verba: *Exaudio quidem, inquit, cohortem vane loquentium ac decipientium Chiromantarum, qui omnes diris me devovent, quod ipsis dictum illud ex toto corpore unicum, ad quod ceu S. Anchoram confugere assolent, invideam; imo non solum invideam, sed & eripiam. At non sum raptor, quoniam illi possessores sunt mala fidei. Justo solum Domino vindicare annitor, quod illi subdole prius furati sunt. Indigni etiam forsitan erunt, qui audiantur; nisi prius dixerint, quinam sint, quidque habeant negotii: Theologos se appellare non poterunt; aut si id nominis praferunt, instо, ut sua principia conclusionesque ex S. deducant Scriptura. Multo minus se Jctos aut Medicos nominabunt. Philosophos fortean se dicent; sed gratis. Non putarem Philosophos esse, quorum doctrina in singulis pene lineis rationi & maxime Logicæ misere contrariatur. Nostine concludendi artem horum Philosophorum? A particulari ad universale optime colligitur.*

*gitur. O bella Philosophia! At manum de Tabula! Hac arte delectantur scioli. Ne sic quidem effugiam, quin varia hominum experiar judicia, maxime sciolorum: quod est longe pessimum genus: nam qui dixit, Homine imperito, dicere debuit, semi-docto nihil est iniquius. Eruditos autem omnes, qui utinam soli judicarent, & judices libenter & Magistros feram. Verba eruditissimi Mori ex ejus Praef. ad Notas in N. T. mea facio.* Conf. M. CHRISTOPH. SCHULZEN. *Dissert. Academ. de Chiromantiæ vanitate.*

§. XII. Progreditur famigeratissimus Dn. HANNEMANNUS, in *scripto citato p.* 22. 1. ad locum JEREM. X. 2., opinatus, eundem solum adversus Gentilium, eamque sæpius Diabolicam Astrologiam judiciariam obtinere, sed ut ordinem tractationis, quem selegit Vir Experientissimus, fideliter persequar (1) contextus non docet, quod Jeremias dicat vel scribat hanc admonitionem Israelitis, qui inter coecos & idololatricos gentiles habitabant, publicabat namque hanc suam concionem tertiam eamque Propheticam, ante captivitatem Babylonicam, ad populum sub Josia Rege satis prosperatum. Vid. Commentatores & Chronologi passim (2) in prohibitione illa: *Vias Gentium ne discite & à signis cœlorum ne consternemini*: nulla latet distinctio aut concessio Astrologiæ cujusdam judiciariæ, qua secure frui adhuc possent Judæi, sed omnis promiscue interdicitur; *profecto*, scribit Schmidius ad l. c. *quisquis aliquam Astrologiæ judiciariæ certitudinem adscribit, contra hunc textum peccat.* (3) nequidem, quod Gentiles omne regimen mundi astris tribuerint, probari commode poterit, cum vero aliqua Regnorum fata, iisdem hodie vindicent Astrologi, majus & minus certe non variabit speciem.

Exemplum *Stellæ Magis in Oriente apparentis, Matth. II.* 9. s. ad Astrologiam judiciariam nihil facit, quicquid & exinde

inde *loco cit. p. 25. f.* adductum, nulla consequentia roboratur, fallit enim, dum inferrem; si stella ista miraculose apparens Magos movit, duxit & docuit, tunc Stellarum Cœli promiscue omnium illa est facultas ac efficacia, ut movere, ducere ac docere possint. Stella namque Magis exorta toto celo differebat ab aliis ordinariis quoad sitam, ortum, distantiam, magnitudinem, officium &c. Aliis quippe vesperi noctuque micantibus atque exortis, hæc diu conspiciendam se præbebat, insolitoque fungebatur officio.

SAPIENTIA porro illa, in Libro Sapientiæ Cap. VIII. 8. descripta, velut id ex Capite VII. 26. f. & vs. 23. ac 24. confirmare molitur Dn. HANNEMANNUS, qui & ipsi Salomoni hunc librum tribuere non erubuit, nobis Platonismum sapit, & quod Liber hic non sit Canonicus, Summe-Reverendus ac incomparabilis Wittenbergensium Theologus, Dn. D. Wernsdorffius, immotis jamdudum argumentis demonstravit, unde etiam nos cum nulla in Sacro Codice ostendi possit Astrologiæ judiciariæ regula, nullumque exemplum, & veritas divina contrarium potius sat emphatice docuerit, approbare non valemus Dn. HANNEMANNI Astrologiam judiciariam, ejus Chiromantiam & Metoposcopiam, quam utramque aut linearem, aut Triangularem, aut characteristicam, aut arithmeticam, aut Kabbalisticam defendit, neq; didicimus ex his sanctis fontibus fundamentum Geomantiæ, sive eadem punctualis sive linealis, sive Arithmetica sive characteristica sive Kabalistica insigniatur, neque tandem admittere possumus artes divinandi secretas, citra dubium Celebratissimo Viro creditas Alchymisticas, aures potius & assensum in hac quidem parte & huc usque, dare adigimur CORNELIO AGRIPPÆ. *p.* 141. Der Ungewißheit und Eitelkeit aller Künste und Wissenschafften/ scribenti: Es sey eine wahrsagerische Kunst / die da von

Rechnung der Jahre der Welt / von Nativitäten / von gewissen Fragen und Gedancken / von Wirckungen und andern zukünfftigen Sachen / die doch der göttlichen Disposition allein auch eingestellet seyn / den Ausgang wissen und zuvor sagen wolten. Bene siquidem pag. 142. pergit : Es sey unmüglich / daß man hierinnen wegen der andern Uhrsachen / die mit dem Gestirne übereinkommen / und zugleich mit in acht genommen werden müssen / was gewisses finden könne : Die im Wege stehende Uhrsachen / wären Ptolemæo censente : Die Gewohnheit / Sitten / Aufferziehung / die Furcht / der Ort / die Geburt / das Geblüt / die Speise / der Menschen Libertät / oder Zucht / indem die Gestirne / wie man zu sagen pfleget / nicht necessitiren, sondern nur incliniren & p. 143. adjicit : Es geschicht bisweilen / daß man dadurch ohngefehr was wahres hersaget / und solches nicht aus der Kunst des Wahrsagers / sondern nur bloß aus dem Glücke & p. 144. Es ist bey dieser Kunst keine Gewißheit / sondern sie kan nach befinden auff alle Sachen gedrehet werden / welche entweder aus den Muhtmassungen / oder aus des Teuffels unerforschlichen Eingeben / oder aus dem aberglaubischen Glück herkommen : Derowegen ist diese Kunst nichts anders als eine betrügliche und abergläubische Muhtmassung - - - - die Ungelehrten ums Geld zu putzen / und sich selbst zu betriegen : Es entstunden daher so viel Irrthümer es wäre umsonsten / närrisch und ungereimt / von solchen ungewissen Sachen / und die sie nicht verstehen / eine Wissenschaft zu profitiren. & p. 145. Es wäre unmöglich / in einer solchen Menge Sterne zu finden / welche böse oder gut gesetzet stehen : Sie nähmen daher Gelegenheit zu sagen / was sie wollen / und wem sie wol wolten / dem sagten sie mehr / nemlich Leben / Glück / Ehre / Reichthum / Macht / Sieg / Gesundheit / Kinder / Freunde / Ehestand / Priester und Oberkeitlich-

Ambt /

Ambt oder andere Sachen mehr. Denen aber/ den sie nicht wol wollen/ Tod/ Galgen/ Schande/ Elend/ Verlust und lauter Unglück / und solches nicht so wol aus dieser betrüglichen Kunst / als aus leichtfertigen Affecten, und setzen also die Gottlosen / curiösische und abergläubische Leute vollends ins Verderben / ja daß sie unter Fürsten und Herren / Land und Leuten offtermahls nur schädlichen Krieg und Auffruhr erwecken ꝛc. Conf. GERSONIS *Astrologia Theologizata*. JO. QVISTORPII Dissertat. *ad literas Ephesias comburendas, filios Scevæ & Astrologos superstitiosos, invitans*. B. MAYERUS in Dissert. *Utrum fata Religionis pendeant ab Astris?* M. BERNH. WALDSCHMIDIUS *in Pythonissa Endorea*, M. CHRISTOPH. SCHULZ. *de Chiromantiæ vanitate* & M. JO. DAVID. KOELERUS *de Prognosticorum Politicorum vanitate*.

§. XIII. Nec commercii quicquam Israëlitis debebat esse cum homine מנחש auguranti, conf. Lev. XIX. 26. Certum hic est, quod radix נחש in bonam accipiatur partem. Genes. XXX. 27. 1. Reg. XXV. 33, ut nec Gen XLIV. 5. & 15. abs hâc significatione sit recedendum; significatur enim, Josephum ex prudenti omnium rei circumstantiarum consideratione, intelligere, cognoscere & deprehendere, furtum hoc fratres suos & non alios commisisse. Vid. Celeberrimus Hebræorum Doctor Henr. Bened. Starckius. *in notis selectis. p.* 59. Quicquid & de devinitatione per scyphos seu scyphis divinantibus sub certa constellatione fabricatis, ad instar figurarum Talismannicarum, adduxerint aliqui. Vid HANNEMANNUS *l. c. Cap. II. p.* 9. id jamdudum antea Anno 1691. removerat B. JO. ANDREAS SCHMIDIUS, in Dissert. *de Josepho non ex Scypho vaticinante*, & divinatio, quæ ope pateræ fieret, vel ipsi CLERICO, *in Comment. ad l. c.* displicuit: Cum vero Verbum illud alias in malam partem adhibitum in Sacro Codice

ce frequenter inveniatur, inde Exegetis multus labor subortus est; An נחש serpens à *conjectando* vel *augurando*? quod *Lexicographis* & *Commentatoribus* multis placuit; An à radice Arabica, quæ *infaustum esse* significat, cum BOCHARTO? An à *colore æneo*? An à *calliditate & prudentia*? An à *tentatione* cum GROTIO? An denique à *vexando*, *fodiendo*, *pungendo & noxas inferendo*, Φαβλὰ & insidiosa hæc animantia, nomen acceperint? Conf. in Compendio de his singulis Dn. MAJUM, *in Animadversionibus & supplementis ad* JO. COCCEJI *Lexicon* p. 86. Nobis interea id observandum hic præcipue videtur, quod exegetæ politiores circa participium נחוש respiciendum esse rati sint ad superstitiosos mores, quando è gressibus serpentum eorumq; ad oppositos cibos vel deglutitos vel rejectos modum, auguria formaverunt, quales serpentes in Lithuania hodienum adhuc multis dicuntut adorari & ceu penates coli, provocati namque à Patre familias statis anni temporibus, ut videat atque discat, quomodo se componant & gerant ad escas, mensæ impositas, si delibant easdem, bona præsagire credit domesticis, si recedunt à non gustatis, nil nisi mala portendi inaniter opinatur. Conf. BOCHARTUS *Hierozoici Libr. I. Cap. III. & IV.* simile exemplum de Pullis habet Dalenius *l. c. p.* 376. Pertinent huc, qui ex avium volatu aut cantu, aut editis vocibus, pastu ac tripudio felicia pariter & infelicia auguria ominaque capiebant, hominum ac brutorum vario occursu movebantur, ex boli, baculi aut rei alius procidentis casu conjiciebant, ex aurora, rore, pluvia, tempestate & serenitate fortunam dimetiebantur, ex vestium induitione, gestatione & depositione augurabantur, ex sternutatione, aurium tinnitu, oculorum stricturis & saltibus, cordis palpitatione &c., nominum diversis impositionibus, cereorum & candelarum extinctionibus,

ctionibus, machinarum strepitu, & quot non aliis signa capiebant. Vid. GOODWINI. *Moses & Aaron Libr. IV. Cap. X.* addatur DALENIUS. *Libr. cit. Diss. VI. s. p. 418. s. III. Cap. I. p. 363. s.*

§. XIV. Fuit interea quædam inter auguria & auspicia differentia. Auguria colligebantur proprie garritu avium, auspicia desumebant abs avium volatu: Aruspicia ex victimis in ara inspiciendis, earumque intestinis depromserunt: Extispices hinc dicebantur, qui exta inspiciebant. Vid. DALENIUS. *Lib. cit: Dissert: III. Cap. II. toto p.* 394. *s.* De cetero, qui auguria secundum priscorum usum noscere cupit, ad quatuor attendat necesse est 1) ad objectum, quod ex insperato occurrit auspicanti, sive sit avis, sive belua, sive sternutamentum, sive tremor, sive res quævis alia. (2) persona auspicans non negligenda, cui tale objectum præter intentionem ex inopinato se offert. (3) intentio auspicantis considerabatur, (4) denique & hora, quâ objectum nulla prævia ratiocinatione quasi naturali impetu pro augurio accipiebatur, Vid. Augustini Niphi MEDICES. *de Auguriis p. 8. & 12. sqq.* Fiebant & porro auguria *oblativa*, impetrativis contra-distincta, è corporis humani multâ portione, quæ μελομαντεία divinatio ex membris s. μαντεία παλμικὴ ex palpitatione s. commotione & saliissatione ortum traxit. Conjiciebant futura ex trepidatione musculorum, humerorum aut femorum, ex pedum pruritu, ex alterutrius auris tinnitu, ex insolito stridore dentium, ex pari imparive numero sternutationum in motu corporum insveto. Per οἰκοσκοπίαν conjectabantur futura ex iis, quæ in ædibus animadversa essent insolito more accidisse. Futura ipsis portendebant, qui intra domum sonitus strepitusve audiebantur; si phantasmata apparerent, si & in cibariis, potulentis, vasis, Instrumentis fere cujuscunque commatis; si in vestimentis

inter cœnam vel convivium, si in bestiis &c. insvetum & novum objectaretur. Si intravit in ædes ater alienus canis, anguis per impluvium decidit de tegulis, si mustela conspecta, aut serpens, poculum salinumve eversum, dispersi cineres, oleum effusum, aut mel, si quid corrasum esset à muribus; si cibus prolaberetur, si incendia nominarentur; recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut bibente conviva mensam vel repositorium tolli, aut reticescere convivium, inauspicatissima erant: Tigna gementia, crepantes mensæ trabesve, dira portendebant. Effusa vina, vestes vino inquinatæ, bonæ fortunæ signa erant. Plura qui legere & scire gestit, conferat M. ESCHENBACH Dissert: *De Auguriis Veterum. Augur* inquit ibidem *p.* 18. lituo versa in ortum facie, quatuor in cœlo designabat spatia; quæ templa dicta sunt, ita ut antica ortum, occasum postica, dextra meridiem, boream sinistra respiceret: Deinde ea concipiebat animo, quæ signa mitti vellet, vultures aut aquilas aut columbas: post, cæsæ victimæ, fusæque ad Deos preces; tum Augur velato capite & duplici amictus toga, defixis in cœlum oculis circumspicere, numquid aliunde prodiret; si aves objicerentur, annotare, huc an illuc tenderent? prono an supino motu corporis ferrentur? qua in parte se occultarent? â dextra an à sinistra canerent oscines? Conf. LIVIUS *L. I. c. XVIII.* POMPONIUS LÆTUS. RAPH. VOLATERRANUS *L. XXX. p.* 1106. MEDICES *L. I. C. XII.*

§. XV. Negotii etiam nihil debebat esse Israëli cum מכשף 2. Reg. XVII. 16. 17. conf. Exod. XXII. 18. 2 Chron. XXXIII. 6 Lev. XIX. 26. 31. XX. 6. Jerem XXVII. 8. Dan. II. 2 Mal. III. 5. & de magicis instrumentis sub syderum respectu & observatione perfectis 2. Reg. IX. 22. Es. XLVII. 9. Mich. V. 11. Nah. III. 4. addantur & herbæ ac alia, quibus Diabolos fugari posse persvasi fuerunt, apud DALE-

NIUM

NIUM *p.* 603. *f.* Vertit radicem כשף REUCHLINUS in *Rudimentis hebraicis Lib. I.* per *incantavit*, *magicavit*, vel *veneficiis usus est*, & non male obſervat, quod Exod. XXII. fœmininum genus reperiatur, *quia plus lamiarum est, quam magicorum, hoc enim genus maleficij in vetulis & fœminis crebrius invenitur.* AVENARIUS etiam ad cognationem אשף ſophi & שקף q. e. proſpexit, ſe referens, vertit: faſcinavit, effaſcinavit, faſcinis uſus eſt, quocum conſentiunt SCHINDLERUS, CAPELLUS, BUXTORFFIUS, ROBERTSONIUS, COCCEJUS & ALBERTI, qui methodo Neumanniana, mihi nunquam conciliata, radicis emphaſin conſtituit: *Verſatus est aliquid vehementiſſime per ambitus & anfractus.* MÜNSTERUS כשף explicat *ſciſcitari rem occultam*, & DN. MAJUS in *animadverſionibus & ſupplementis in Lexicon Coccji p.* 69. obſervat, radicem כשף Arabibus eſſe detegere, denudare, revelare, unde כשפים proprie ſint revelationes & מכשפים revelatores nempe rerum arcanarum, obſervante HOTTINGERO Theſauri Philologici p. 17. Addit & AQVILAM id perſpexiſſe, quando reddidit: κρυφιάστας, id eſt occultorum cognitores, patratores, & quod tales ſe venditaverint, non revera fuerint, quod cum deſideraviſſent interpretes, præſtigiatores potius reddiderint, quam arcanorum revelatores. Res interea omnis eo redit, quod hi nebulones leves ſ. agiles manibus ſuis fuerint, aut magica etiam arte ſub oculis rem mutaverint, quemadmodum Magi Pharaonis virgas in ſerpentes verterunt, ac perſvaſerint hominibus, & ipſimet crediderint, quod arte ſua, admiranda in rerum natura, tum in certis perſonis, tum in integris provinciis faciant opera, quæ tamen nec ratio capere, nec intellectus credere poteſt: prima ſpecies interea fuit illorum, quæ verſatur circa plantas, animalia & metalla; ſecunda conſtitit in circumſcriptione & determinatione tem-

 poris,

poris, quo opera illa sint facienda; tertia comparuit in gestibus & actibus humanis, ut saltatione, manuum complosione, clamore, risu, cubatione vel prona expansione, quorundam verborum denique sive intelligibilium sive non intelligibilium prolatione: & ut plenum processum habeamus, dicebant ejusmodi incantatores: Sumatur tale folium de tali herba, idque cum luna est in tali gradu & loco: vel sumatur de cornu talis bestiæ, vel de illius sudore, pilis aut sangvine, hæc vel illa mensura, quando sol est in medio cœli, aut alio aliquo certo loco: vel capiatur de tali metallo, aut de pluribus metallis, liquefiant sub tali constellatione & lunæ constitutione, postea proferantur hæc vel illa verba: ex talibus foliis conficiatur talis fumus, idque hâc vel illa forma, tum hoc & illud evenit. Similiter dicebant magæ: Si decem virgines se ornant, vestimenta rubra induunt & saltant ita, ut una alteram impellat, idque progrediendo & retrogrediendo, digitos porro versus solem certis signis extendunt, tunc ad finem perducta ista actione, aquæ elicientur: Si quatuor mulieres in tergo jacent,& pedes suos cum complosione versus cœlum extendunt, certa verba, certos item gestus exhibendo, tunc illas turpi hâc actione grandinem decidentem avertent: imo frivole nugabantur, se multa posse hac sua magia efficere,animalia noxia ejicere,omnia malorum genera à plantis arcere, vermes è vineis interimere, folia & fructus in arboribus conservare & sic porro. Quin is metus occuparat credula idololatrarum pectora, ut dum agnum & pullum immolarent aut digitum bene acuto grafio pungerent, grandinem se avertere posse sibi persvaderent, eo quod in ipso sanguine vim quandam potentem avertendæ & repellendæ nubis hærere sint opinati & insolita istiusmodi iræ Dæmonum vel Angelorum malorum tribuerint. Inde venerunt

nerunt Diabolicæ operationes, qua in lupos, asinos & bruta varia converterunt homines, animas è sepulchris exire jusserunt, fata ad alienas messes traducere valuerunt ære Corinthio & carminibus suis, quin & cœteros Majorum Gentium Deos & ipsum Jovem ad terram devocare, fluminum fluxus intervertere, catervas infernas accire & rejicere, æstivo orbi nives, brumali soles adducere, nubila inducere & pellere, ventos abigere & cogere, vipereas fauces rumpere, saxa convellere, sylvas movere, montes tremulos reddere, soli mugitum efficere, nemora & pinos & quercus, carinas navesque, quin equos & aves docere sermonem annisi sunt. Vid. ex JONATHAN BEN UZIEL, MAIMONIDE, Clemente Alexandrino, Ovidio, Virgilo & aliis hæc extrahentem Dn. DALENIUM. *Libr. cit. Dissertat. III. Cap. VIII. p.* 563. *f.*

§. XVI. Possemus hic memorare adhuc REUTERUM, eaque, quorum in *Tractatu sapius jam exhibito*, meminit, propius discutere, postquam enim *Part. V. Cap. I.* egregie monstraverat, quod soli DEO competat potestas miracula patrandi; *Cap. II.* quod nec Christo eadem abjudicanda sit; *Cap. III.* quod & Viris Φερομένοις ἀπὸ τῦ πνεύματος ἁγίυ illa ipsa sit tributa; *Cap. IV.* quod miracula etiam dolosa & fallacia reperta sint, quæ vel Diabolus ipse, vel in & cum sequacibus suis patraverit; *Cap. V.* quod careant nostra tempora tantis ac tot minimùm miraculis; *Cap. VI.* quod distinctio maxima sit facienda inter miracula divina ac Diabolica, de quorum & permissione ibidem egit: deinde etiam, *Cap. VII.* de Magia eruditissima multa attulerat, *Capite quoque VIII. §. II.* ingenue concedens (1) quod Diaboli illorumque sequaces sensus hominum decipere (2) venenatis mediis nocere (3) stupenda ac mirabilia multa producere, & (4) signis, characteribus, amuletis &c. illudere hominibus

 possint,

possint, nihilominus postea multis verborum ambagibus inficiari annisus est, quod istiusmodi Diabolicæ præstigiæ per pactum aliquod speciale contingant, ut (1) commercium habeant cum Diabolis Venefici atque Magi, ad patranda facta, quæ naturam superant, aut eidem opponantur, (2) ex commercio istiusmodi absque omnibus mediis noceant, (3) transformationem hominum in bruta efficiant, (4) ad conventus magicos confluant, (5) inusitatas res, impossibili viâ congerant, (6) ad actus venereos adigant, (7) magicis verbis ac factis conjugio obsint, (8) cum succubis vel incubis rem habeant, (9) vasibus, instrumentis, aut insolitis aliis stomachum impleant (10) tempestates excitent; istudque promiscue enervare molitur, (11) quia ex Sacro Codice eadem omnia ac singula probari non possint; ex Wagstaffio namque (I) hujus rei ergo (a) distinctionem Magiæ Biblicæ, & quæ præsentibus venditatur temporibus, urget, (b) ad Sadducæos se refert &, (c) exercitium Magiæ publicæ, adversus quam Scriptura insurgit, & illam, quæ nunc clandestinis technis patratur, discriminatur. (II) ratiocinatur quia nostrorum temporum Magia contra & adversus Sacrum Codicem dimicet. (III) Rectæ rationi adversetur, (IV) adversus testimonia Gentilium prudentum impingat, nec (V) experientia quadam firma & suspicionis experti, evinci ac demonstrari possit. Quod quidem pensi genus in reliquis Partis Quintæ Capitibus omnium prolixime contra Goldschmidium expendere & absolvere annisus est. Ejusdem generis dubia jam novit Stephanus Clericus, vid. A. E. L. Anno MDCLXXXV. p. 234. Quoniam vero a proposito nostro abludit, ut plenius ea, quæ judicioſus Dn. REUTERUS bene scripsit, explicemus ac defendamus, reliqua vero, quæ nostro judicio, cum Sacro Codice, aut parum conveniunt, aut ab eôdem plane discordant, ad conscientiam

tiam examinemus, hinc Theologorum arbitror esse officium, ut exasciatis denuo curis, ad sanctam Scripturam fideliter attendant, & ex ore Spiritus S. conquirant, quicquid ad Magiam & probandam & illustrandam facit; Dominorum vero Politicorum obligationem hanc firmam reor, ut non inficiando aut cavillando, in re tam multi ponderis versentur, sed aures potius & animum ad revelationem Bibliorum pie applicent & morigerari adsvescant, ubi recalcitrare, adversus propriam salutem, non erit impune: ardua namque parrhesia Sanctus Petrus 1. *Ep. V.* 8. scripsit omnibus ac singulis: *Sobrii estote, vigilate: quia adversarius vester, Diabolus, sicut leo rugiens circumit, quærens, quem absorbeat.* Quicquid & sit expositum in Tractatu, qui superiori anno prodiit, sub rubro: Die Untersuchungen vom Kobold / nec tamen Illustri Dn. THOMASIO bene consultum fuisse, firmiter persvadeor, per fictitii nominis Virum, GOTTFRIDUM WAHRLIEBIUM, in der deutlichen Vorstellung der Nichtigkeit derer vermeynten Hexereyen und des ungegründeten Hexen-Processes, neque rem suam conficiet ipse Illustris Vir, cujus alias vastà in jure Civili ac Publico eruditio omne encomium meretur, si etiam post *Beaumontium*, velut in Præfatione istius Tractatus promisit, *Hut Chinsonium* & quot non alios, ex Anglis, aut aliorsum accitos, in scandalum ac offensionem simpliciorum, iteratis typis, produceret; id namque, si qualecunque meum & Theologicum judicium ferri ac admitti posset ab his, qui hactenus rigore contentionis & sine omni sincera pietate, adversus sanctam veritatem magis offendere, quam eandem sobrie ac sincere defendere voluerunt, assistente divina gratia, ad oculum demonstrarem, quam distent multoties æra lupinis, & quam egregia sint dogmata, de facultate & operationibus Diabolicis, non nisi Sancti Spiritus expressa dictione in

in Sacris literis corroborata. Ubi minimum plura adhuc, de quibus promiscue dubitant Dn REUTERUS & Ill. Dn. THOMASIUS non forent adeo prætracte eliminanda. Conf. *Sectionis hujus II. Cap. II.*

§. XVII. Interdicuntur cœtu Israelitico חבר חברים incantantes incantationem, cont. Ps. LVIII. 6. Prov. XXI. 9. XXV. 24. Es. XLVII. 9 - 12. Cum vero nomen istud à sociando & congregando derivetur & combinationem rerum designet, capedinem suam egredientium vel egressarum, hinc aliqui credunt, respici ad consociationem verborum obscurorum, aut carminum & dictorum reliquorum, quibus iidem stringendi aut ligandi vim quandam singularem adscripserunt, vid. COCCEJUS, BOCHARTUS, VOSSIUS; Alii vero ad congregationem Diabolorum, cum MüNSTERO; Alii denique ad consociationem animalium tam magnorum, quam parvorum, ne puta noceant, meditationes suas dirigunt ex MAIMONIDE. Vide adhuc plures sententias apud HOTTINGERUM *in Thesauro Philolog. p.* 6. & REUTERUM *p.* 929. Malitia interim horum brevi complexu, eo tetendit, ut mussitando & clam ac silenter quid dicendo atque admurmurando, & verbis quidem aliquando nulli genti usitatis, & nihil significantibus, aliquando autem verbis aliis, dictis biblicis ac profanis, carminibus & sententiis, vulnera ac morbos sanare, serpentes & scorpiones, quin homines ipsos, ne noceant, adjurare præsumpserint, quibus & interdum clavem, nummum, librum legis, Phylacteria, manuum ac pedum gesticulationes, ligaturas & Thymiamata, & quæ non alia facta ac præcepta adjecerint, quorsum & שם המפרש & nomem tetragrammaton, aut nomina postmodum Deorum Gentilium retulerint, quibus ipsis Mosen & Christum & alios Philosophorum multos sua patrasse miracula & Diabo-

diabolos ac mala varia amoliri potuisse opinati sunt, quæ, in quantum superstitionem sapuerunt, ne quidem JUSTINO MARTYRI aut ORIGENI displicuerunt, & quoad ortũ ac modum JAMBLICHO & Synesium NICEPHORO isti, qui etiam de insomniis commentatus est, noti fuerunt, ut nominibus peculiariter Angelorum, quos præsides provinciarum arbitrati sunt, Seraphim, Cherubim, Michael, Gabriel, in linguam alienam non transferendis & justâ pronunciatione enunciandis, Diabolos terrere ac abigere sibi sumpserint, nec minus per DEum Hebræorum, DEum Abrahami, Isaaci, Jacobi & Israelis, quin Salomonis frequenter interspersa, effectui se id daturum, persvasi manserint Medici, ut applicatis simul quibusdam superstitiose effossis radicibus & chymicis ad astrologiam dispertitis medicaminibus, aut sententiis, e. g. ex initio Evangelii Johannis, versu 1. Psalmo CXLV. & aliis ex Poëtis depromtis & literis Ephesiis, iisque de collis patientum suspensis, febres ac morbos hominum, quin imo pestes, equorum item vermes, vini ac potulentorum acredinem, & quæ non alia, iis ipsis appositis aut pronunciatis se abigere posse & visui ac conspectu hominum subducere posse, nugati sint; quod idem barbaris aliquoties nominibus tribuerunt, qualia sunt Ananisapta, Anasaga, Sista, Pista, Kista, Chista; Væta, Daries Dardaries, Astaries, Dissunapiter; Huat, hamat, huat, ista, pista, sista, dominabo, damnaustra, & lulato; Huat huat ista sis tar sis ardannabon dunnaustra; sicucama, cucama, ucama, cuma, uma, ma, a, Abracadabra &c: Ut denique per Evangelia cervicali submissa, membris langvidis imposita, aut lecto alligata, per tintinnabula manibus appensa, per coccineum stamen, per lutum è balneo, per sputum, per stercus, verbera &c. se magna efficere & inprimis Dæmones ac magos expellere posse,

turpiter confisi sint. conf. DALENIUS. *libr. cit: Dissert: V. Cap. V. §. p.* 489. *f.* GOODWIN: *Moses & Aaron. Libr: IV. Cap. X. §. XI §. p.* 422 *f. M. Andreæ* BEYERI: *ad Jo Seldeni. de Diis Syris Syntagmata, additamenta p.* 214. *f.*

§. XVIII. Detrahitur larva utrique אוב & אשל אוב, *Pythoni & interroganti Pythonem*, cont. Lev. XIX. 31. XX. 27. 1. Sam. XXVIII 7. 8. Es. VIII. 18. XXIX. 4. 1. Reg. XXI. 7. XXIII. 4. 1. Chron. X. 12 2. Chron. XXXIII. 6. adde 1. Tim. IV. 1. 1. Joh. IV. 1. 3. quomodo etiam spiritus impurus, & spiritum hunc impurum consulens, hoc nomine insigniatur, id Vid. apud. REUTERUM, Tractatu citato, *Parte IV. Cap. XXI. §. XVI. §. p.* 924. *f.* & *Dn. David.* MILL: *de* אוב & אובת. Celeberrimus interim HILLERUS ad utres & serpentes etiam respicit, in Onomastico p. 899. scribens: *Obo vertitur in lagenas grandes, quæ, cum musto plenæ fuerint, absque spiramine illico dirumpuntur. Hieronymus ad Fabiolam. Oboth, Israelitarum statio. Num.* 33. 43. *ab Utribus nomen obtinuit, quos ad sitim in deserto levandam, Moabitico vino repleverant. Vel, quoniam post immissos serpentes prima profectione venerant ad eum locũ à serpentibus ei nomen fecerunt. Cognatum quippe Oboth Ægyptiorum vocabulo ὀφιῶν. Orus Apollo de Ægyptiis agens:* ὄυβαιον ἐστιν Ελληνιστὶ, Βασιλισκον χρυσοῦν περιδεδεσθαι τοῖς θεοῖς. *Vid. Saubertus de serpente æneo p.* 325. 347. conf. ALBERTUS. *in Porta Linguæ Sanctæ p.* 5. *cui ad* præconceptum sensum B. Neumanni, in vocabulo hocce symbolum est *Capedinis intestino quodam æstu agitatæ, internumque denotat impulsum corporis expansivum, quod ebulliens fermentativo motu se continere nequit intra capedinem suam, quemadmodum in quocunque vase motum fermentationis suæ absolvit mustum.* SELDENO *de Diis Syris, Synt. I. C.* 2. sunt Dæmonia in Pythone loquentia, seu utres, internâ quadam vi agitati atque inflati. Pythia enim, Prophetissa illa seu Sibylla Cumana mulier, afflatu vatidico per pudenda admisso

admisso, ventre tumebat, & ex turgido hoc ventre ventriloqua responsa edere solebat, furore tam vehementi, ut aliquando disrumperetur, addatur COCCEJUS & ALLATIUS *in Syntagm: De Engastrimutha Cap. III. Tom. VI. Critic. Anglorum.* 336. & bene scripsit MAJUS, *in animadversionibus & supplem. in Lex J. C. p.* 5. *Neque de hominibus tantum ventriloquis vox adhibetur, sed ud recte Coccejus observavit, de ipso quoque impuro spiritu, Lev:* 20. 27. *qui certis artibus eliciebatur, ut evocaret mortuorum manes, qui prædicerent, quæ ab eis petebantur. Unde falsam esse constat sententiam. Ant. van Dalen, qua affirmat, oracula ethnica (qualia etiam Oboth sunt) constitisse ex meris artificiis & fraudibus hominum, nec à Diabolo illa provenisse. Verum quia diserte Moses l.c. dicit: Vir sive mulier, si fuerit in eis (obh) spiritus impurus, ventriloquus, negari nequit, à Dæmone ista provenisse oracula. Alia argumenta docto Viro opposuit. D. Mœbius in Tr. Phil. Th. de Oraculis p.* 7. *seq. Adhæc ipsa pythomantia sæpius obh dicitur,* 2. *Reg.* 21. 6. 23. 4. *Vid.* FESSELIUS *adv. p.* 463. *s. &* CLERICUS *ad Lev.* 19. 31. *ubi ex Arab. aub, quod ventum significat deducit.* Conf. Dn. KNIBBE in der Historie der Propheten / *Libr. IV. Cap. III. s.* Res omnis eo redit, ut exercuerint magicam artem cum ossibus mortuorum, offerebant siquidem certum suffitus genus, & manu sua virgam vibrabant myrteam, ac concepta quædam incantationis verba proferebant, mox consulebant alium quendam, quasi loquentem secum & interrogatis quasi respondentem è terra, submissa admodum voce, quam auribus percipere non valerent, sed cogitatione demum assequerentur; similiter mortui cranio arrepto, illud suffitu imbuebant & incantabant, donec præeuntem audirent vocem, quæ exeat quasi ex axillis, ut respondeatur eis: Erat & eadem responsionum scisitandarum ratio è sepulchris mortuorum, unde responsa exigere, quin & mortuos ipsos resuscitare ausi sunt, ut apparerent aut in

forma ipsa, absque verborum perceptione, aut verborum & responsionis prolatione, imo denique ex pudendis & quidem maxime muliebribus responsa significabant, & quidem de futuris, amissis, furto surreptis, hominibus dolore morbove aut amore affectis, læsis, absentibus eorumque factis & actis. Videatur DALENIUS Libr. cit: *Dissert. III. Cap. IX. p.* 608. *s.* SELDENUS. *de Dis Syrii Syntagm, l. Cap. II. p.* 46. *s.* GOODWINUS: *in Mose & Aaron. Libr. IV. Cap. X. §. XVI. p.* 424. *s.* BEYERUS *in additamentis ad Seldenum p.* 218. *s. &* CLERICUS *in Lev*: XX. 31. DALENIUS equidem more suo, mulieris etiam Endoreæ commercium cum Diabolo enervare molitus est, *Dissert. cit. Cap. IX. p.* 620. *s.* cui BEKKERUS frigidum suffudit in der bezauberten Welt/*Lib. II. Cap. XXIV.* sed ferias nobis quidem fecit ad hæc attentata TEUBERUS, *in Petra scandali, quoad elenchum errorum §.* 75. *s.*

§. XIX. Notantur & atrô carbone ידעני Augures, Arioli sive scioli, vel futurorum divinatores, Vates præscii futurorum, quos non pudet involare in scientiam DEI, vid. Lev. XIX. 31. XX. 6. 27. 1. Sam. XXVIII. 3. 9. 2. Reg. *XXI. 6. XXIII.* 24. 2. Chron. *XXXIII.* 6. Es. VIII. 19. *XIX.* 3. Conjungitur sæpius cum אוב, unde & alii pro synonymis habuerunt hæc vocabula, quod ex Maimonide probare voluit DALENIUS *p.* 611. *s.* conf. PFEIFFERUS *D. V. Lev. XIX.* 31. *p.* 306. *s.* & GUSSETIUS: *in Commentario Linguæ Hebraicæ p.* 18. *s.* Alii vero distinxerunt eadem, & אוב seu Pythoni tribuerunt, quod loqueretur ex axilla & sic porro, ידעוני vero, quod ipso ore proferret. Sunt & alii, qui ex nostro loco & ex Es. *XIX.* colligunt, vocem esse peregrinam & à gentibus sumptam, ac dici à notitia, quasi gnosten dicat. Vid. ROBERTSONIUM & Lexicographos plures. Interdum est ipse spiritus, qui è mortuorũ sepulchris responsa sciscitantibus respondet, interdum vero eam artem exercens.

cens. Vid. ALBERTI *Portam Linguæ Sanctæ*. Ex Talmude de his nauci Viris traditur, quod posuerint os animantis, cui nomen יוני in os suum, ut illud postea ex sese loquatur; animal, an avis sit, an aliud è terra natum, hominis figuram ex omni parte referens, quod ad faciem, corpus manus, pedes, reliquaque membra attinet, atque umbilico suo alligatum ad funem prodeuntem ex radice? de eo nondum inter Rabbinos convenit, sicut & discrepant in hoc, an os animalis loquatur, an vero harioli ex osse aliquo hujus animantis, in os suum adsumpto responsa tradant? Conferantur istius furfuris plura apud REUTERUM *p.* 926. Vid: BUXTORFF *in Lexico*, & DALENIUS *p.* 612 *sq.* COCCEJUS adversus omnem contextum Es. VIII. 20. hôc nomine insigniri putat ψευδοπροφήτας, cum quibus Christo apparenti in carne, certamen fuit, nempe Sacerdotes & Synedrium Populi, qui sibi datum putabant in Spiritu Sancto loqui, tanquam privilegio aliquo, quando loquebantur τὰ πνεύματα, & promissionem & legem & prophetiam male interpretantes, Christum autem condemnantes; ubi & Cap XIX 3. Esaiæ, Prophetam agere de spiritualiter sic dicta Ægypto, opinatur, eadem ψευδερμηνεία & locum 1. ad Timotheum IV. v. 1. pervertens. Nec BEKKERUS intentionem Sancti Spiritus assecutus hic est, quando intellexit Aeromantiæ peritos, in der bezauberten Welt *Libr. I. Cap. III. §.* 14. scribens: *Aeromantia*, Lufft beschauungen / war das / so in Wahrnehmung ungemeiner Platz-Regen bestund. Wie dann *Plinius* in seinem andern Buch erzehlt / daß es in *Lucanien* Eisen geregnet / welches seines Erachtens die Niederlage des *Crassus* in der Schlacht wieder die *Tartarn* bedeutet hat. Gleichergestalt erzehlet Er in dem ersten Buch von dem andern Kriege mit *Carthago*, daß es bey dem *Picenern* Steine geregnet / zur Vorbedeutung / wie er vermeinet / der Niederlagen / welche *Italien* noch von dem *Hannibal* zu leiden hatte; Solcher

Wahrsager wird in dem *Hebraeischen Jid-oni*, Wahrsager aus den Gewölcke/genennet. Vid. etiam BEYERUS *in additam, ad Selden. p.* 227. & conferantur istiusmodi nubium portenta,ap; *Com. de* FLISCO, *Tractatus, de fato, Sphaera sexta p.* 84. *f.*, quo quidem ipso BEKKERUS in superius exhibitam descriptionem propendisse videtur, sic enim *Libr. III. Cap. IV.* §. 7. *p.* 25. posuit: *Jid-oni*, Teuffels Künstler *Deut* 18. *v.*11. *Teratoskopos*, Wunderkucker oder Wahrsager. *Tremell. Arioius*, in demselbigen Sinn. In dem Frantzösischen / *Discur de Bonne Avanture*, das ist / gut Glück sagen. *Lutherus* sagt Zeichendeuter / und in dem Englischen stehet *Wizard*, welches alles mit auf eines auslauffet. & *Cap.* VI. §. 12. *p.* 45. legimus: Unsere Uebersetzer machen davon Teuffels Künstler/ aber andere nicht mehr / als eine gewisse *sorte* der Weissager / oder gut Glücksager / wie *IV.* §. 7. gezeiget worden. Nachdem dieser Nahme von *Jid-oni* den Teuffel mit einschliesset oder nicht / daraus wird auch am besten abzunehmen seyn / was dieses für ein Weib gewesen / das damit ( wie gleiches zu seines gleichen sich schicket ) allhier verglichen wird : quin tandem *Cap. VIII.* §. 9. *p.* 63. adjecit: Bey demjenigen / da Teuffels Künstler ( *Jid-onym* ) stehet/ bekennen sie / was ich *VI.* §. 12. angewiesen habe / daß das *Hebraeische* Wort von Wissen herkomme / weil diese Leute sich rühmten und fürgaben / viel zu wissen; Nemlich nicht allein / was geschehen / und anderen unbekandt war / sondern auch / das hernachmahls geschehen solte / und darzu eitele und teuflische Künste gebrauchten. Siehe hievon auch *No.* 20. 6. 27. 1. *Sam.* 28. 3. 9. *Esa.* 8. 19. Ich gebe zu / daß von teuffelischen Künsten / in dem Verstande / wenn die Weißheit des Menschen nicht von oben herabkömmet / irrdisch / natürlich *daimoniodees* teufflisch ist / solche / als die Heyden mit ihrem eingebildeten *Daemons* haben / und meinen / daß ein Götze etwas ist / da er doch warlich

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0046
DFG

lich nichts als ein Gedichte ist. Sed si rem serio æstimamus, nulla Bekkero solida manet ratio, quare compositum hic formare potuerit, omnium simpliciſſime enim à cognoscendo derivabitur, in multis etiam linguis Ariolus nomen habet à cognitione, à scientia, quam vel profitetur se habere, vel populus putat apud illum esse. Vid. FULLERUS. *Miscell. Lib. I. Cap. XVI. Lev. XIX. 31. & XX. 27.* LEIGHIUS. *in Critica Sacra. p. 158. b.* & SELDENUS. *de Diis Syris Syntagm. I. Cap. II. p. 47. ſ.* egregie commentatus est: *Verum ſaniori quis judicio, a* ידע, *id est, scivit, seu novit Iideoni deduxerit & ut* δαίμονες *dicuntur, quod sint* δαήμονες, *id est, scientes, uti vult Plato, ita Iideoni appellati, quod fuerint* יורעי יודעים *Jodaim, id est, futurorum conscii. Substituunt enim Græci Interpretes pro Iideoni* ἐγγαστρίμυθος & ἐπαοιδὸς *in Pentateucho, verum II. Regum C.* XXI. *comm. 7. ubi Manasses Rex Ob & Iideoni restituit, ita vertunt,* καὶ ἐποίησε Θελησὴν καὶ γνώσας, *id est, & fecit,* Θελησὴν *& ariolos. Quis non videt illos heic à scientia futurorum Iideoni dictos & pluraliter voluisse. Tam etiam Iidionim quam Iidioni habet Scriptura, unde patam est plurale vocabulum esse.* γνῶσις *autem à* γνώσεως, *quod* ידע *interpretatur.*

§. XX. Agmen denique claudit דרש אל־המתים quærens, sive inquirens ad mortuos, quæ νεκρομαντείας vel Necromantiæ species memoratur 2. Reg. XXI. 6. XXIII. 24. 2. Paralip. XXXIII. 6. Es. XXIX. 4. conf. Es. VIII. 19. XIX. 3. In fideli ergo populi Dei cœtu non reperiri debebat homo, qui ex ipsis mortuis vellet scisciţari more Gentilium, quid ipsis accidisset, num forte caruissent famulitio, num indiguissent cibo, potu, aliisve? Ad quæ responsione frustrati inceperunt, planctu, ejulatu, lamentatione omnia, miscere atque implere. Sic & confugiebant ad Manium Oraculum & evocabant animas offensas deprecandi causa, aut scisciţandi de depositis, collocatis & absconditis, de fine vitæ, de imperio, de

de amore, de liberis &c. Myſtæ hi habitabant in ædificiis ſubterraneis, quas argillas vocabant, ac per foſſas quasdam inter ſe commeabant, hoſpitesque eadem via ad Oraculum abducere alte infra terram conditum, ſolebant more à majoribus accepto, nunquam videbant ſolem, ſed noctu ex hiatibus terræ prodibant, ſub terra namque reliquam vitam agi mortuorum ſomniabant; preces ſuas ad Deos inferos & ad evocandam animam dirigebant, conſulentes & aliquando denudato gladio furentes & minitantes reſponſa reddere cogebant. An interim Pythones ſemper Necromantiam exercuerint? adhuc diſputatur, quia vaticinatio per utres non ſemper fuit demortuorum evocatio, quamvis conjungi aliquando potuerint, quod ex locis 1. Sam. XXIIX. 7. & Eſ. VIII. 19. haud difficulter colligitur. Modus & hujus conſultationis apud MAIMONIDEM, *de Idololatria, Cap. XI. §. XV. p.* 158. ſic deſcribitur. *Quis eſt qui mortuos conſulit? Qui, ubi fame ſe afflixit, in cœmeterium abit, atque ibi decumbit, donec in ſomnio ei mortuus appareat, ac indicet, quod quærebat. Tales quoque, qui, certo veſtis genere induti, verba conſueta proferunt, & ex more ſuffitum faciunt, hinc ſoli dormiunt, quo mortuus, quem expetunt, accedat, ac in ſomnis ſermonem ſecum habeat.* ad quæ ipſa, *Voſſius* adjicit: *Latius vero patet necromantiæ appellatio, quam Maimonides hic deſcribit: Nam & ſic vocantur, qui carmine, virga, circulo magico, (ut mittam herbam Oſiritim, viſcus lyncis, oculos Draconis, & alia id genus ſacramenta dæmoniaca, quæ & ipſa per ſe nihil poſſunt) animas ſe excire ab inferis arbitrantur, ut ab iis non in ſomnio, ſed vigilantes accipiant reſponſum, ſive per os cadaveris recentis ac calidi, ſive etiam eo abſente. De iſtis vide, qui de Divinatione ſcripſerunt: in his Georgium Raguſejum, Theologum ac Medicum Patavinum, Lib. II. de Divin. epiſt. VII.* conf. promiſcue DALENIUS *l. c. Cap. X. p.* 623. adverſus quem ſcite ac ſolide ſcripſit Dominus KNIBBE. in

der

der Historj der Propheten *Libr. IV. Cap. IX. §. III. p. 85.*/. Diese Wahrsagerey durch das Fragen der Todten hat ihren Ursprung den gemeinen Gedancken der Heyden zu dancken/welche sind/ daß die Seelen/wann sie nach dem Tod hinweg gezogen/gleich wohl eine Zeitlang kön̄en zurückkehren und im Stande seyn/ geheime und zukünfftige Dinge zu offenbaren/dann die Seelen aus der Gefängnis des Leibes erlöset/seyn reiner/und kön̄en alles besser betrachten und haben eine fürtreflichere Erkändtnis aller Dinge/ als zuvor: Dieser ihrer Meinung finden sich unterschiedliche Gründe/ je nachdem sie ihnen den Zustand der übergebliebenen Seelen nach diesem Leben haben vorgestellet. 1) Es war unter den Heyden die gemeinste Meynung/daß die Seelen nachdem sie aus dem Leib verhaußt/erstlich sich in den Abgrund verfügen/ und daselbst nach der guten oder bösen Beschaffenheit deß vorgeführten Lebens/ in gewissen/ ruhigen und freudigen Orten sich aufhalten/ welche sie die Elisischen Felder nennen/ oder in Schmertzens- und Pein vollen Orten ihre Sünden in die Ewigkeit büssen: Jedoch daß die Seelen/ sie seyn in dem Ort der Freuden/ oder deß Leids/ mit Erlaubniß der unterirrdischen Göttern/ deß Pluto und der Proserpina, die mit gewohnten Opffern darzu müßten ersucht und erbeten werden/ eine Zeitlang in die Welt können wiederkehren. 2) Viele vermeinten auch/ daß nicht alle Seelen/ sondern allein die/ welche eines gewalthätigen Todes gestorben seyn/ oder die nicht gebührlich begraben worden/ zu ihren Leibern widerkehrten/ dann selbe gehen nicht graden Wegs zu den Elisischen Feldern oder in die Hölle/ sondern schweben bey ihren todten Leibern/ derhalben können sie durch Zauber-Kunst leicht wiederümb zu ihren Leibern gebracht werden. 3) Es lehrete Plato wiederumb/ daß die Seelen fürtreflicher Männer/ welche der Philosophie ergeben gewesen/ und Tugendsam vor andern haben gelebt/ oder ihrem Vaterland in Fried- und Kriegs-Zeiten grosse Dienst haben geleistet/ auf

den Flügeln ihrer Verdiensten zum ersten sich nach dem Himmel begeben / die Seelen aber anderer / die in allerhand Sünden sich herüm geweltzet / können sich nicht über sich erheben / sondern durch den Last ihrer Sünden werden sie unter sich gedrücket / an die Erden fest gemachet / und schweben üm ihre Gräber herüm / beklagende ihr Elend bis zur Zeit / daß sie für ihre Sünden haben gnug gethan / und von denselben gereiniget seyn; Solche können bißweilen gesehen und ihre Klage gehöret werden. 4) Andere lehren wiederum was anders nach denen verschiedenen Gedancken / welche das blinde Heydenthumb gehabt hat / sie kommen aber alle darin überein / daß weil die Seelen unsterblich bleiben / sie in den Leib wol können wieder kommen. Vide LAVATERUM de Spectris parte 2. Cap 1. PEUCERUM de divin. Cap. de Magia pag. mihi 293.294. *Franciſci* interim Valleſii opinionem, quam dedit in Libro ſuo. *De Sacra Philoſophia. Cap. XXXIII.* ubi ex Syracidis Cap. XLVI. 23. ipſam Samuelis animam apparentem in corpore aereo, ut ſolent Angeli, intellexit, diu eſt exploſa. Vid. STRAUCHIUS. in *Samuele perſonato* & SCHMIDIUS in *Comment. ad locum Samuelis.*

§. XXI. Habet adhuc V. T. aliquot ſuſpecti nominis Viros, v. c. חרטמים Geneſ. XLI. 8. Exod. VII. 23.24. VIII. 7.18 19. IX. v. 11. Dan. I. 20. II. 2.10. IV. 4. qui, ſi obtinere poſſet ſignificatio Vocabuli חרט ex FULLERO & GUSSETIO, ut non deſignaret ſtilum, cælum aut ſculptorium inſtrumentum, ſed formam excavatam, in quam funditur metallum, quod occaſione locorum Exod XXXII. 4. 2. Reg. V. 23. quin ex Eſ. VIII. 1. ſpecioſe ſatis digeſſit Guſſetius, *p.* 286. magicas figuras fuſiles fecerunt, & non ſolum in rerum naturalium cauſis & effectis indagandis aſſidue occupabantur, unde de ſomniis aliisque rebus rationi humanæ non adeo obviis poterant conjectare, & abditiſſima quæque naturæ miracula indefeſſo labore venabantur; Verum

etiam

etiam, qui insuper in scientiæ subsidium maligni Spiritus opera utebantur, malasque sæpius artes Studiis liberalibus adjungebant, prout ex 7. 8 & 9. Capite Exodi abunde constat. Quod autem Daniel hosce Magos decem partibus antegressus legatur, id non eò trahi debet, acsi & ipse magicam calluerit artem, illam, inquam, cujus professio genti sacræ infamis fuit; sed quod hosce Magos sapientia, judicij dexteritate, rerumque abstrusarum scientia, longissime superarit. Quis enim facile sibi persvaserit, Autorem nostrum pudendas Magorum artes, avitæ religionis impendio professum fuisse, cui præ vili lente regii cibi sordebant, quod ab illis patriis ritibus labem posse aspergi existimaret. Vid. Reverendissimus olim Daniæ Archi-Episcopus Dn. *Jo.* SVANINGIUS: *Commentariorum, in Danielem Tom. Priori, p.* 48. *s.* & addatur VARENIUS & GEIERUS ad l. c. His associantur apud Danielem חרטמים conf. Dan. II. 2. 10. 27. IV. 4. V. 7. 11. 15., circa quos & nominis veram significationem, cum non tam certent Interpretes, quam in tenebris se palpare, vel saltem per transennam quasi videre, ingenue fateantur, post ea, quæ apud AVENARIUM, BUXTORFFIUM, ALBERTVM, GEIERUM, SVANINGIUM & alios legantur, hoc demum significandum duxi, quod sententia GROTII & COCCEJI, ubi ad Vocabulum Græcum σόφος respici arbitrantur, quam tamen in *additamentis* roboratus est Dn. MAJUS, nobis sit omnium magis suspecta quousque inter Hebræos derivandi ratio supereſt, quam quidem GUSSETIUS solide satis tradidit *p.* 100. *b.* ut nec ipsi ad græca dilabi opus fuerit. Quoad rem ipsam autem egregie Dn. GEIERUS exegesin absolvit *p.* 92. *s.* commentatus: *His itaque cunctis palmam praripuit Daniel cum sociis, adeo, ut multo felicius abditas rerum naturalium indagare potuerint causas, ut astrorum, influxusque eorundem longe certiorem tenuerint notitiam, multo solidius de tempestate, aliisque mutationibus ex astrorum influxu promanantibus præsagiverint, multo citius anigmata aut occultæ*

*alia detexerint, itemque inventiones aut stratagemata bellica, artificia mathematica, aut ex naturali Magia multò promtius subministraverint, quam facere poterant prædicti sapientes, utpote in plurimis falsi ac fallentes, & in multis ignari plane aut hæsitantes. Haut quaquam vero comparationem hic institui inter Danielem atque Magos Ariolosque, quoad incantationum, præstigiarum, aliarumque superstitiosarum aut curiosarum artium peritiam; verum quoad Magiam naturalem, aliasque scientias & artes concessas, facile colligere licet ex religiositate circa cibos superius commemorata, quæ sane multò cautiorem artium Diabolicarum detestationem atque fugam præsupponit in hisce juvenibus pietati seriò vacantibus. Interea licet nihil præstigiarum, prædictionumve superstitiosarum apud hos fuerit deprehensum, superabant tamen Magos quoad præsagia longe solidiora, veriora, copiosiora &c. ubi Magi vix semel dixerunt verum, Daniel plus decies hoc ipsum præstitit. &c.*

§. XXII. Istius sortis gerrones notavit etiam Jesaias Propheta, abolenda prædicens amuleta, quæ Es. III. 20. חרטמים nominantur, atque ex ABEN ESRA erant characteres auro vel argento scripti, forma vel modo incantationis. Vid. BUXTORFFIUS. id enim præsumimus, quod Propheta, dum emphasin verbi חרט probe cognovit, Vid. Cap III. 3. XXVI 16. & conf. 2. Sam. XII. 19. Ps. XLI. 8, resciverit etiam vocem mussitantium vel incantantium & incantatoris, incantationem sapientis Ps. LIIX. 6, quin ipsas incantationes Jerem. VIII. 17. Cohel. X. 11, dum nimirum recitatione aut demurmuratione certorum verborum, sive notorum sive barbarorum, itemque nequiter adhibitis DEI nominibus ac verbo, aut etiam nominibus & advocatione dæmoniorum, adjunctis quandoque plantis, animalibus, certis animalium partibus, suffumigiis, characteribus, annulis, modisve aliis producunt tales effectus, qui alias naturaliter produci h. m. non possunt, v. g. quando cient tempestas;

pestates, varia producunt spectra, ignota revelant, bestias mulcent, aut serpentes etiam veneno privant. Vid. ex PEUCERO, WIERO, DELRIO & BOCHARTO, GEIERUM, *Comment. in Cohel. p.* 400 Facilius exinde etiam percipimus, quod forte laminas vocabulis interstinctas frequenter aspicientes, demurmuraverint verba, sit ita, ut amasios accelerarent, modo hinc minimum non adeo facile ad GUSSETII susurra, buccis immitti solita, ad reddendam pronunciationem molliorem, blæsam & quasi infantilem, vel ad inaures ejusdem non solidos, sed diversis tenuibus partibus constantes & parvis catenis ac annulis exiguis connexas, additis etiam unionibus ac gemmis pendulis, quæ motu incessus quassata, susurrum quendam auribus ingererent, respiciamus. Vid. GUSSETIUS p. 440. Idem Veteris Testamenti Evangelista inanes declarat Ægyptiorum seductores Es. XIX. 3. inter eos & peculiariter numerat, quos ⟨illegible⟩ nominavit, quorum fraus, si derivationem consulis, in eo exercita, ut susurratores hi verbis secretis & lenibus murmuraverint in adjurationibus creaturarum, aut etiam se abstraxerint à consortio aliorum, & sensa sua in obscuro detinuerint. ALBERTUS, COCCEJUS & GUSSETIUS. *Videntur* namque, ut cum SCHMIDIO, in *Commentario Super illustres Prophetias Jesaiæ p.* 168. scribamus, *Idola versu primo hujus Capitis* (1) *accipienda, non pro sola materia effigiata, auro, aagento &c. sed pro eis etiam, qui Idolorum ethnicorum quasi anima erant, diabolis. Considerantur nimirum, quatenus per ea Ægyptii etiam consilia & oracula accipiebant v.* 3. (2) *Ut commotio sit simul diabolorum, quibus per divinam potentiam inhibita omnis operatio, quam vel per idola vel ad idola exerebant, pra timore & tremore Domini inhibentis. Sic commotio est vera ipsorum diabolorum: respectu idolorum ipsorum tropica, ipsa sc. manifestatio, quod nihil quicquam per se possint, nec consilium dare consulentibus, nec auxiliari invocantibus. Sic optime quadrat*

*v.3., qui dicit, Ægyptios tum frustra (hoc namque subaudiendum est) idola sua consulturos: quia nimirum commota nulla amplius editura oracula, nec per pythones, divinos & ariolos. Hoc principium calamitatis, in progressu vero, ubi Ægyptii plane devicti etiam idola vel fracta vel rapta esse non diffitemur.*

§. XXIII. Nec conciliari potuit cum his Esaias, quos ברוכים insignit, Cap. XLIV. 25. conf. Jerem. XLIIX. 30. L. 36. hos si ad radicem ברא respiceres, mendaces nominares, Vid: BUXTORFFIUS, qui productiones seu extensiones quascunque ex inferno etiam agitarunt, vid. ALBERTUS, & Dn. KORTUMIUS, si unquam alibi, hic bonam paraphrasin dedit: Es ist noch eines/das ihr von Juda fürchtet. Ihr sehet / daß die *Chaldäer* durch Zauberey / Träume und Zeichen viel Dinge verkündigen und andern damit schaden/ daher urtheilet ihr / daß sie auch euch mit ihrer Zauberey bannen und eure Hülffe aufhalten möchten. Aber hierauf spricht *Jehovah* also: Wenn ihr den Heyden gleich wäret in ihrem Unglauben und mir nicht angehöretet / so möchtet ihr etwa Ursach haben euch dißfals zu fürchten: Denn nur an denen / welche mit ihnen gleichen Wahn hegen / und stehen im Unglauben und Abweichung von dem lebendigen GOtt / haben ihre hällische künste Macht / nicht aber an denen/ die mir zugehören und in meiner Krafft bestehen. Warum woltet ihr nun erschrecken / da ihr mein seyd und wisset / daß ich sey der starcke GOtt / der alles in seiner Hand hat / und ohne dessen Zulassung nichts geschehen mag? Wer ist den/ der euch schaden will? Doch damit ihr meines Willens auch hierinn versichert seyn möget euch zu schützen / so sage ich dieses: ich will die/welche schaden knüpffen / die Wahrsager. und Zauberer / allesamt an euch zu schanden machen und ihr thun gantz verkehren. Illudit denique illis, Cap. XLVII.13 qui speculantes cœlum, stellas contemplantur & divinant in menses, quod genus nugantium salse perstringit DEus noster

noſter in capite præſenti. *Cauſa enim ſecunda*, ut cum B. noſtro VARENIO *in Commentariis in Iſaiam P. III. p.* 185. loquar, *ponitur accumulatio maleficiorum, præſtigiarum, incantationum* (*v.* 9.) *Cauſa* 3. *blaſphema & contumelioſa in DEum perſvaſio de Magicis incantationibus & ſapientiæ & ſcientiæ Chaldæorum fama v.* 10. *Adeò argutas & ingenioſas ſuas æſtimavit fraudes, ut ne ipſum quidem DEum putaret illas penetraturum: præſtigiatorum porrò & incantatorum vix ullibi major æſtimatio, & hoc jam inde ab ipſa pueritia Babylonis ſtudium ac labor* (*v.* 12.) *nec minor fiducia in peritia Aſtrologicæ divinationis, quæ ſumma in Chaldæorum gente usque adeo, ut gentis nomen factum fuerit profeſſionis, ipſique Aſtrologi deinceps Chaldæi appellati: atque illa ipſa, ait DEus, Sapientia & Scientia tua pervertit te, & arrogantes illos Spiritus tibi impreſſit, ut diceres in corde tuo, id quod jam dictum v.* 8. אני ואין אפסי עוד *v.* 10. *Fiduciæ illi in Sapientia Aſtrologica & Magicâ correſpondet illa quæ v.* 11. *denunciatur pœna. Quæ enim Babel ſuorum Aſtrologorum opera dies fauſtos & infauſtos in faſtis tenebat, & certò ſe noſſe jactabat, illi nunc ab ipſo DEo dies exitij indicitur, cujus à Babyloniis ignoretur aurora.* (Es wird über dich ein Unglück kommen / deſſen Morgen-Röhte du nicht wiſſen wirſt / *vel*, wann ſothaner Unglücks Tag oder deſſen Morgen-Röhte daher brechen wird.) *ei denunciatur arumna nullis incantationibus expianda, vaſtitas repentina à nullo Chaldæorum ipſorumque Aſtrologorum præviſa v.* 11. *Quin, ut vanitatem illam Babyloniorum ſuæ ſcientiæ & malitiæ fidentium publicaret DEus, acerbiſſimo Sarcasmo invehitur in illos hoſtes ſophiſtas & partim promiſcue in Babylonios, incantationibus & præſtigiis inde à pueritia operosè deditos, quos velut ad Comitia ſive in Concilium plenarium DEus ipſe vocat jubens conſiſtere & omni arte Magica experiri, num poſſint Conſilio illi cœleſti obicem ponere, & ſua ſe ſive ſapientia, ſive induſtria adverſus imminentia mala confirmare v.* 12. *partim in ipſos Babyloniorum ſapientiſſimos, Aſtrologos, Divinatores, Magos: quandoquidem ſc. exe-*

pe-

*perieris fruſtra, etſi ad laſſitudinem usque te fore multitudinis tuæ conſiliis, age, ſiſtant ſeſe Aſtrologi tui (obſervatores cœli) qui contemplantur ſtellas, qui prædicunt futura ſecundum menſes (ſive ſingulorum menſium) Adſint illi, applicent artem, experiantur, an poſſint ſervare te ab illis, quæ ſuperventura ſunt tibi V. 13. Fruſtra ſcilicet erunt omnia, quippe: Ecce, omnes illi (Chaldæi & promiſcue & imprimis ipſi Chaldaorum Aſtrologi, Mathematici) habent inſtar ſtipulæ, comburentur ab igne, nec poterunt ſe ipſos eripere flammæ: Ipſi Cultores ignis ab igne comburentur, & cum hoc ita in cineres vertentur, ut nihil vel prunarum (vel ignis) ſuperſit, quibus alia vel alij aſſidentes calefiant, v. 14. Ita ſc. erunt Babylonii incantationum, præſtigiarum, ſcientiæque aſtrorum Magiſtri, cum quibus (à pueritia ſua) laboravit (conf. v. 12. 15.) ita ſe habebunt negotiatores Babylonis, (ſ. qui cum illa â primâ ætate vixerunt Mercatores, quibus magnam in emendis vendendisque mercimoniis oportunitatem præbuerunt Euphrates, Tigris, cæterique fluvii per te in mare Perſicum ſe exonerantes) diffugerunt omnes, quò potuerunt, alii alio itinere (ſinguli quocunque ut vitæ ſuæ conſulant, pertranſire potuerunt, in varias adeò terras dilapſi, erraverunt) NEMO (plane) EST, QUI TE (ô Babel) SERVET n. 15.* conf. poſt BRENTIUM, SCHMIDIUM ac SCHMUCKIUM, Rabbi Salom: JARCHI *Commentarius Hebraicus ad l. c.* ex Illuſtris BREITHAUPTI editione *p.* 263. Poſſent & horſum trahi inſomnia, adverſus quæ DEus apud Jeremiam Cap. XXIX. 8. ſurrexit. Conf. SCHMIDIUS. *ad locum cit.* Facile interim patet, quod Eſaias non ubivis ſeparatos & diſtinctos voluerit exhibere Magiæ doctores, abs his, quorum jam ſupra meminimus, ſed tamen ſpeciale in his ipſis actuum ſuperſtitioſorum & ſæpius diabolicorum dederit documentum.

§. XXIV. Superſunt adhuc in Vet. T. גזרין Chaldæorum Dan. II. 27. IV. 4 V. 1. conf. Ezech. XXI. 21. qui ſectores citra dubium ſunt dicti, quod exſecarent victimas, ut ex viſceri-

ſceribus, earum ſive extis adhuc ſpirantibus aliis & quandoque ſibimet ipſis, futura portenderent, quorum fraudes liquidò demonſtravit DALENIUS *l. c. Cap. II. p.* 394. *ſ.* confer. *Svaningium l. c. p.* 153. Non tamen dimittenda hic eſt GEIERI eruditiſſima deductio, quando commentatur: *Radix eſt* גזר *con-dis-ſcidit, ſecuit, unde communiter vox hæc accipitur apud interpretes de haruſpicibus (potius extiſpices dicerent,) qui ſectas animalium contemplabantur partes, & præcipue inteſtina, è quorum ſitu aut qualitate mira audebant vaticinari. Nonnulli apud R. Saadiam accipiunt de Principibus, juxta quorum os deciduntur aut decernuntur negotia imperii, juxta illud (Joh. XXII. 28.)* ותגזר *& decernes verbum & firmum erit tibi. Saadias ipſemet ait, eſſe nationem, quæ vocetur* גזרי, *quo ipſo haud dubie reſpexit act locum I. Sam. XXVII. 9. ubi textus quidem habet* גרזי *at Maſora reponit* גזרי *R. Salomon exiſtimat eſſe nomen ſpeciei certa* בעל שרים *Damoniacorum ſeu hominum cum Dæmone confœderatorum. Jacchiades ait eſſe Chaldæos, (hoc eſt, Aſtrologos,) cuivis indicantes, & quodammodo* הגזרים *decernentes, quid ipſi ſit obventurum: quod ipſum tamen diſplicet Conſt. L'Empereur cum à Chaldæis hæc hominum claſſis diſerte diſtingvatur, C. IV. 4. C. V. 7. 11. Et quanquam idem, à ſecando fortè vocabulum hocce derivandum conjiciat, ita ut victimarum ſectores denotentur, qui Theodotioni Dan: IV. 4.* Θυσιαὶ *& Symmacho* Θυσιὰ *vocantur; ſub finem tamen propendet magis ad originem Arabicam, ſiquidem* גזרו *in Oriente illam deſignet artem, qua per numeros & numerorum diſpoſitionem, cum futura prædicare, tum amuleta facere annituntur; addit, aruſpices in Oriente forſan raros, vel nullos etiam fuiſſe. Marinus cenſet, eſſe genus quoddam ariolorum, ſic dictorum forte à deciſione rerum, quos ipſe opinatur aſtrologos judiciarios. Quicquid ſit de ſpecifica horum ab antecedentibus differentia, ſufficit nobis, talem à Daniele produci hominum claſſem, qui inuſitata cujusdam ſapientiæ opinione tunc temporis gaudebant, adeoque ad revelandum arcana communiter adhibebantur.* Addatur PISCATOR & POLUS ad *LL. cc.*

§. XXV. Agmen denique claudunt תרפים Genes XXXI. 19. 34. 35. Jud XIIX. 14. 17. I. Sam. XV. 23. XIX. 13. Hoseæ III. 4. Ezech. XXI. 21 Zach: X. 2. hominis namque primogeniti caput in sacrificium dæmonis torquendo præsciſſum, aut ungve & manibus discerptum, quod postea sale ac aromatibus condiebatur & scripto super laminam auream nomine impuri spiritus, eaque supposita capiti, aut sub linguam fixa, in pariete ponebatur, incensis coram eo candelis, ut adorantes coram eo responsa acciperent. Vid. SELDENUS *de Diis Syrus Cap. II. p.* 98. BUXTORFFIUS *Lex. Rabb. p.* 2661. KIRCHERUS *in Oedipo Tom. I. Syntag. IV. Cap. III. p.* 261. Plures vero, quod de hoc crudeliſſimo modo dubitarent, statuunt, has imagines & imagunculas fuisse, imo Cherubinos ac Seraphinos. Vid. COCCEJUS, MAJUS, GAFFARELLUS, SPENCERUS, MONCEJUS, imo ipse *Sebastianus* SCHMIDIUS & SHOCKIUS. Verosimile etiam est, quod promiscuas imagines vocabulum hoc non signet, quod PERERIUS, BONFRERIUS, RIVETUS & alii volunt, sed semper idololatricas, hominis figura constantes, Vid. PFEIFFERUS *D. V. Loco LXI. p* 178. hinc GUSSETIUS ex תרפים opinatur, quod nomen Græcum ἀνθρωπος venerit *p.* 909. Alii horologia arte Magica confecta, aut statuas fuisse ad astrorum influentias per artem Talismannicam & diaboli concursu agitatas. Vid. DRUSIUS; *in fragmentis in Hoseam p.* 689. HOLLINGERUS *Hist. Orient. Lib. I. Cap. VIII. p.* 196. laminas solum notis magicis insculptas seu Ipsulices & Ipsiplices Festi, vel Lyringus Synesii KIPINGIUS credidit, *Antiquit Rom. p.* 88., ut tamen magis adhuc absurdus sit GAFFARELLUS. *Libr. Curiositatum inauditarum Cap. II.* Ubi tales figuras â Mose Legislatore permissas esse & à Labane & reliquis Orientalibus pie usurpatas nugatur: contra quem Vid RIVETUS, *Exercit.* CXXXII. *in Gen.* Quod interea Deorum instar sint habiti. ipse Labanus profitetur, Gen. XXXI. 30. Vocem Exoticam arbi-

arbitrantur *Santes* PAGNINUS & *Simeon* DE MUIS, Derivantur alias aliquibus a רפה laxum & remissum esse, quod verba ipsorum sint laxa, inania atque vana, cujus sententiæ fuit *Rabbi* BECHAI, aut qud testante R JEHUDA *in sohar*, deprimunt & remissas faciunt hominum manus, sive avocant à laboribus suis cultores suos. conf. LUTHERUS & BUXTORFFIUS *in Lex. Rabb. p.* 1664, aut quod in Sabbatho iis vacarint. Vid. RUNGIUS *in Genesin p.* 924. Alii à Chaldaico תרף quod uti *verminosum fieri ac Vermibus infestari* significet, ita & inde derivata fœditatem ignominiam & quodque pudendum designent, atque sic his quoque idolis detestabile quid afficetur, Vid. DILHERRUS *Tom. II. Diss. p.* 547. Alii ad nomen Syrum taraph, quod percontantem & inquirentem denotat, se recipiunt cum CASTELLO, DALENIO, PFEIFFERO. Alii nomen Ægyptiorum crediderunt & Teraphim ipsas Serapidas habuerunt, ut HOTTINGERUS & KIRCHERUS. LUTHERUS exhibet quosdam *in Comment. ad Genes.* XXXI. 19. qui à רפא mederi aut sanare derivarunt. Vid. etiam GREGORIUS FRANCUS *Lex. S.* 1357 *p.* 358. & *Petrus* JURIEUS *In Historia Critica Dogmatum & Cultuum Part. I. Tract. II. Cap. III.* Sed cum rad : א abjici non possit hinc rejicitur illa sententia, Vid. PFEIFFERUS *D. V. p.* 176. POCOCKIUS *ad Hoseæ III.* 4. ex Arab. deducit, ubi tarepha errare vel errare facere notat; Alii ex Arabica lingua itidem, sed à radice taraph, quæ designat *bonis commodisque affluxit* & in Conj. IV. *eadem largitus est*, *Ludov.* DE DIEU & PFEIFFERUS *in Editione prima Exercit. Bibl. p.* 4, quam suam sententiam postmodum tamen mutavit; LXX. vertunt Judicum XVII. 5, XIIX. 14. 17. θεραφεὶν, 1. Sam. XV. 23. II. Sam. XXIII. 24. θεραφὶν, Gen. XXXI. 19. 34. 35. εἴδωλα, Ezech. XXI. 21. γλυπτὸν, Hoseæ. III. 4 Δήτων, Zach. X. 2. ἀποφθεγγομένων & denique 1. Sam. XIX. 13. 16. νεκυδάφια. Admiratus sum, DALENIUM. *p.* 66. hic scripsisse: *Quid sibi hîc velint illa* νεκυδάφια (*quæ apud. Veteres erant sepulcra de-*

*mortuis vacua) ac quidem plurali numero expressa, minime capio. Namque de urnis Veterum, (quasi istæ & apud Hebræos fuerint in usu) hîc nemo facile, ut puto, somniaverit: nec magis comprehendo, unde habeant nonnulli Interpretes per ista intelligi imagines, quales cenotaphiis imponi solebant; ac quidem inter Hebræos ipso Davidis tempore.* Quem enim fugit imaginarium Virgilii sepulchrum aut honorarius Svetonii tumulus, ad quæ *Jacobus* TUSANUS, in *Lexico suo Græco Latino*, exacta consideratione docet: *sic vocari hodie possunt, quas repræsentationes in anniversariis exequiis vocamus.* Si igitur κενοτάφια erigebantur inter antiquas gentes, ubi etiam corporum demortuorum non habebatur possessio & copia, dum antequam id honoris documentum demortuis non exhibitum, opinabantur, animas quiescere non posse, donec ipsis tale monumentum non erectum. Vid. KIRCHMANNUS *De funer. III.* 27. MEURSIUS. *de funere Cap. XL.* & PITHISCUS *l.* 391. quin si excommunicatis suis κενοτάφιμ in detestationem erexerunt. Vid. GROTIUS *ad Luc. VI.* 22. & conf. generatim FABRITIUS. *Bibliographia Antiquaria Cap. XXIII. §. X.* quid obesset? eôdem modô dicere κενοτάφια imagines demortuorum, in domibus adservatas? imprimis cum JURIEUS *l.c. Cap. IV.* posterioribus temporibus formam arcæ fœderis cum impositis Cherubinis exhibuisse Teraphimos persuadeatur. Magnitudo interim fuit diversa & indeterminatâ, nam alia in clitellis cameli, sub muliere sedente, obtegebantur, Gen. XXXII. 34; alii viri, ut Davidis staturam æquare potuerunt, Sam. XIX. 13; Quod & fuerint Penates, seu idola domestica privatim culta & in rebus dubiis consulta dubitare nos non finit conditio illorum; Vid. post jam exhibitos BRAUNIUS Dë *Vest. Sacerd. Hebr. Cap. XX. p.* 759. & post plures apud ALBERTUM citatos LANGIUS in *Hist. Eccl. V. T. p.* 86, GUSSETIUS *Comment. Linquæ Hebræica p.* 909. & *David* KNIBBE ex Translatione Gerold Freytags/in der Historie der Propheten *Libr. IV. Cap. VII. p.* 48. *f.*

)( o )(

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406912/phys_0064
DFG

arbitrantur *Santes* PAGNINUS & *Simeon* DE M
vantur alias aliquibus a רפה laxum & remissum
verba ipsorum sint laxa, inania atque vana, cuju
fuit *Rabbi* BECHAI, aut quod testante R JEHUDA
primunt & remissas faciunt hominum manus, siv
laboribus suis cultores suos. conf. LUTHERUS
TORFFIUS *in Lex. Rabb. p.* 1664, aut quod in Sabb
carint. Vid. RUNGIUS *in Genesin p.* 924. Alii à Ch
quod uti *verminosum fieri ac Vermibus infestari* signi
inde derivata fœditatem ignominiam & quodque
designent, atque sic his quoque idolis detestabile
cetur, Vid. DILHERRUS *Tom. II. Disp. p.* 547. Alii
Syrum taraph, quod percontantem & inquirente
se recipiunt cum CASTELLO, DALENIO, PF
Alii nomen Ægyptiorum crediderunt & Teraph
rapidas habuerunt, ut HOTTINGERUS & KIR
LUTHERUS exhibet quosdam *in Comment. ad*
19. qui à רפא mederi aut sanare derivarunt.
GREGORIUS FRANCUS. *Lex. S.* 1357 *p.* 358. & *Pe*
EUS *In Historia Critica Dogmatum & Cultuum P*
*II. Cap. III.* Sed cum rad: א abjici non possit hinc
sententia, Vid. PFEIFFERUS *D. V. p.* 176. POCO
*Hoseæ III.* 4. ex Arab. deducit, ubi tarepha errar
facere notat; Alii ex Arabica lingua itidem, sed
raph, quæ designat *bonis commodisque affluxit* &
*eadem largitus est*, *Ludov.* DE DIEU & PFEIFFER
*one prima Exercit. Bibl. p.* 4, quam suam sententia
dum tamen mutavit; LXX. vertunt Judicum XVI
17. ἀσθενῆν, 1. Sam. XV. 23. II. Sam. XXIII. 24. ἀσθενῶν,
19. 34. 35. ἀδώλως, Ezech. XXI. 21. γλυπτὸν, Hoseæ.
Zach. X. 2. ἀποφθεγγομένῳ & denique 1. Sam. XIX.
φία. Admiratus sum, DALENIUM. *p.* 66. hic scri
*sibi hîc velint illa* κενοσάφια (*quæ apud. Veteres erant*